

NY. 59. 4.



27  
POPVLI IVDAICI CARITAS  
COMMENDATVR CHRISTIANIS.

ANNECTITVR

EPISTOLA CONSOLATORIA

A D

I V D A E O S,

ILLVSTRANDIS ORACVLIS QVAM PLVRIBVS  
ACCOMMODATA.

PVBLICA AVCTORITATE

SCRIPSI T

IOHANNES CASPARVS VELTHVSEN.



aa.

HELMSTADII

EXCVDEBAT VIDVA B. PAVL. DIET. SCHNORR ACAD. TYPOGR.  
MDCCLXXXII.



---

## PRAEFATIO.

---

**C**ingarorum etsi indoles plus quam belluina voratis cum immani voluptate juvenum carnibus recenti memoria execrationem meruit universae Germaniae, illorum tamen singulos quovis nomine vel duodenis praestare Iudaeis, nuper admodum in ephemeridibus asseveratum fuit, ex sola militari virtute, ni fallimur, pretio nationum aestimato. Nos quidem hodie, quum de diebus festis sancte transigendis ACADEMICOS admoneri jubet pia majorum consuetudo, non tam *populi DEO cari* vindicias suscipiemus, quam *mentem PAVLLI* christianis hominibus sedulo precabimur. Is enim tanta gentem suam caritate completebatur, ut, dummodo licuisset, piaculi adeo vice pro cognatis devoveri a Christo et ad mortem destinari cuperet. In primis autem severissimis verbis ingratos istos animos corripit, quos non  
A 2 pude-

pudeat, genus fataliter afflictum contemptius tractare, quanquam praestantissima quaeque bona divinitus sibi concessa huic maxime gregi vilescenti accepta referant, ideoque perpendere debuerint, ipsos quasi furculos silvestres, velut miraculo prorsus naturae contrario, (nam generosiores alioquin agrestibus arboribus inferuntur,) virtutem trahere ex trunco, quem spernant. Sed nolumus jam scholiis admittis diluere orationis humanissimi Apostoli vim. Itaque, rejectis ad calcem libelli observationibus pro scopo forte subjungendis, verba transcribamus ingenium Christi ac spiritum vere divinum redolentia. Quem sermonem legentes sensu quisque suo cognoscite, CIVES SVAVISSIMI, in isthoc etiam candoris probissimi documento certa integritatis christianae indicia. Quis enim unquam artifex confictarum sententiarum talia in medium protulit? (*Rom. IX, 1 - 5. XI, 24 - 26.*): Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψευδομαι, (συμμετρουούσης μοι τῆς συνειδήσεως μου ἐν Πνεύματι ἁγίῳ,) ὅτι λύπη μοι ἐστὶ μεγάλη καὶ αἰδιόλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου. Ἡὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι <sup>a)</sup> ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρ-

σάρνα· ὅτινές εἰσι Ἰσραηλίται, -- ὧν ἡ ὑιοθεσία, καὶ ἡ δόξα, καὶ αἱ διαθήκαι, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ λατρεία, καὶ αἱ ἐπαγγελίαι, -- ὧν οἱ πατέρες, -- καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστός, (τὸ κατὰ σάρνα,) ὁ ὧν ἐπὶ πάντων, θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. ---- Εἰ γὰρ σὺ ἐν τῆς κατὰ Φύσιν ἐξεκρίτης ἀγριελαίου, καὶ, παρὰ Φύσιν, ἐνεκεντρίσθης εἰς καλλιέλαιον, πόσω μᾶλλον αὐτοὶ, οἱ κατὰ Φύσιν, ἐκκεντρίσθονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ; Οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, τὸ μυστήριον ταῦτο, (ἵνα μὴ ᾗτε παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι,) ὅτι πώρως ἀπὸ μέρους τῆ Ἰσραὴλ γέγονεν, ἄχρεις αὐτὸ πλῆρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ· καὶ οὕτως πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται.

Quae quum ita sint, CIVES CHRISTIANI, quo magis laudari meretur *scrupulosa Iudaeorum religio*, in observando praecepto DEI sui (*Ier. 29, 7.*) conspicua, quod salutem gentium, quarum patrocinio fruuntur, publicis identidem supplicationibus efflagitant ab universi DOMINO, eo et nos enixius his festis diebus, in honorem MESSIAE SANCTISSIMI ex illo populo nati celebrandis,

IEHOVAE SERVATORIS, quem nunc *servati* colimus pariter, edocti ab his, exoptulemus clementiam, ut, memor promissorum, *huic* VERI NUMINIS *nuntio oraculorumque antiquissimorum tenacissimo ac probatissimo testi*, ad intelligendos libros sublimioris sapientiae plenos, quos tam religiose custodit, acuere velit atque aperire animum.


Quoniam autem superstitiosa foret haec nostra comprecatio, nisi consideraverimus antea, quo numero haberi apud christianos fas sit singularem illum populum, contrahamus, oportet, familiaritatem cum scriptis his, quorum fidissimos natus est orbis terrarum custodes in posteris Abrahami *divinitus conservatis* porroque conservandis: SCRIPTA dicimus HEBRAEORVM, vel ob solam antiquitatem admiratoribus divinae providentiae accepta; eaque scrutanda quidem a cunctis, qui noluerint intra recentissimae experientiae cancellos sciendi studium continere, sed maxime a VOBIS, SACRARVM LITTERARVM CVLTORES, in ipso *archetypo* perscrutanda, immo diurnis manibus versanda ac nocturnis. Igitur VESTRIS hodie potissimum desideriiis, IUVENES FONTIVM HEBRAEORVM AMANTIORES, inservituri, quo facilius totam sententiarum biblicarum vim animad-



advertatis, oraculorum quam plurimum indolem nativam et proprietatem declarare conati sumus; in locum obscuriorum vocabulorum usitatoria substituendo, parallelismum sub angustiore conspectum attrahendo, significantius dictorum subtilitatem apertius ante oculos explicando, et, quasi codice omni hinc illincque perlustrato, vaticinia bene multa sparsim obvia in unum agmen cogendo, b) nec non ea subinde, quae, nisi ex generis *paronomastici* natura, quo praesertim delectabatur gens hebraeorum, vix intelliguntur, aut, ista ratione neglecta, perversè ab imperitis cavillatoribus contorqueri solent, explanatius definiendo. Nempe sic Apostolorum, *Matthaei* in primis, vestigia commodissime persequi nobis licere putabamus, quos in laudandis sententiis ex libro lectoribus familiari haud semper verba anxie reddere, verum nunc contractius sensum duntaxat offerre, nunc liberius interpretari, aliquando etiam vocibus uti cognatisprehendimus.

Haec dum meditabamur, quippe incensi amore populi, cui et nos codicis hebraei debemus inestimabilem thesaurum, ecce enata est ex improvise *Epistola consolatoria ad Iudaeos*, quam solenni huic cohortationi annectere non dubitamus, ap-  
pro-

probante consilium amico hebraice doctissimo. Quae si casu (nam obtrudere magistris nostris nolumus schedas academicas!) in illorum inciderit manus, quibus inscribitur, ex tessera saltem et pignore cognoscant, NAZORAEIS *servatis* omnino venerabiles ac pretio quovis cariores haberi NAZORAEOS *servandos*, neque PRINCIPEM NAZORAEORVM genti a se conditae ingratum animum inspirasse adversus NAZORAEOS ISRAELITARVM. c)



EPISTO-

EPISTOLA CONSOLATORIA  
AD IVDAEOS,  
*amplissimum populum maximeque honorabilem,*  
GENTEM NUMINI CARAM;  
*cui salus et clementia*  
*atque omne genus prosperitatis*  
*contingat*  
*ab hinc in aeternum!*

---

**P**robatae fidei Iudaeis salutem!  
Clementiam vobis aeternam precor a DEO vestro;  
siquidem is solus DEVS est,  
IEHOVAE SERVATORIS nomine nuncupandus,  
*Numen Israelis sancta mente venerandum.*

**B**enevolo, obsecro vos, me attendatis studio, Israeli-  
tae, gens antiquitus ab Altitonante electa ex reliquis. Au-  
ribus exacutis praeconia de vestris laudibus perhibentem au-  
scultetis et animis rite praesectis, proles Abrahami, Haa-  
ci,

ci, Jacobi. Etenim vos, o Judaei, ex confesso magnam atque amplam nominis celebritatem per orbem terrarum consecuti estis. Praedicant christiani, \*) numine providente ex gentibus in libertatem vindicati ac servati; \*\*) praedicant, SERVATOS (\*\*\*) EX ISRAELITIS sibi Luminis instar fuisse ad ultimos terrarum fines. Confitentur populi ubivis gentium ad unum omnes, maximo se beneficio beari per Sobolem Abrahami, viri justii pariter ac probi, et per Filium feminae, qui serpentis caput confregit; cui, tanquam incoluntatis auctori, obsequium debetur populorum. Sic, quum veri Numinis gloriam praedicant, natio quaevis; sic servati divinitus christiani, incidente sermone in Servatos ex Hebraeitis, quos Servatos (\*) ipsorum servavit porroque servaturus est ad extremum usque tempus; sic ergo profitentur. Ecce, (ajunt,) populum DEO adamatum, quem velut reliquis cariorum amore vere paterno complexus est. Quod etiam si in praesentia sobolem dilectam durius tractat, nae ille amicorum haud perpetuo erit immemor, quasi jam pactiois fuerit oblitus, quam pridem sancivit Abrahamo, viro in praestandis et accipiendis promissis probatissimo. Itaque confidimus, tanto eum hoc pluris semper facturum esse, quod ab illis profectam videmus Lucem istam maximam, ad ultimas terrarum oras collustratis gentibus universis ac barbaris insignem; lucem, qua inclavare despectissimae quondam regiones, -- ille SEEVVLONIS tractus, -- ille NAPHTHALAEO-

RVM

\*) Nazoraci, h. e. familia a servando hebraeis denominata.

\*\*) h. e. pro usu loquendi hebraeorum, ad christiani-fimum perducti.

\*\*\*) Nazoraicos.

(\*) NOZER.

RVM tractus, -- MARE versus, -- ad ripas JORDA-  
 NIS, -- occupata barbaris GALILAEA. Ita enim pro-  
 fecto evenisse constat! Ecqua autem ex cunctis, quas sol per-  
 lustrat, antebac regio populum tulit, recta DEI cognitione  
 imbutum, praeter hanc unam Aëraelis gentem? Enimvero  
 ab antiquissimis inde temporibus nulla prorsus penes istos ap-  
 parebat DEI immortalis notitia, nedum debitae reverentiae  
 vestigium: scientia cunctos deficiebat ac sapientia. Simula-  
 creis sculptis spurcissimisque diis genus stectere, sidera provo-  
 luto corpore et osculis jaclatis adorare, inania omnia colere,  
 in rebus nebula citius perituris et vita carentibus spem collo-  
 care vidisset. Quid? quod et sacerdotes, et sapientes, et eru-  
 diti pariter, ovibus in deserto dispersis similes, tenebris cir-  
 cumfusi ac sumitis perplexis consilii expertes misere se perde-  
 bant. Nemo ex his verum DEVM norat, quo solo caelum  
 et tellus et maria cum incolis condita sunt; qui de sublimi  
 prospectans facinora mortalium cernit. Tantum ex Zione  
 exorta est Lux, et divinitus patefacta Religio inde ab Hie-  
 rosolymis prorumpens orbem peragrare coepit. A servatis \*)  
 ex Aëraelitica gente et ab illorum Templo fons lacteis rivis  
 ac musco scatens steriles undi sue terras desertaque vasta irri-  
 gavit. Lex et prophetae, una cum reliquis, quos sanctos  
 habebant libros, a Judaeis per orbem disseminati sunt, DEI-  
 que immortalis sanctissima jura ad ultimas regiones trans-  
 marinæ, serius ocuis, penetravere. Quo factò omni quon-  
 dam sapientia destituti rerum sacrarum scientia imbueren-  
 tur, atque arcanam AGVRI doctrinam perdiscerent; cogni-  
 to jam, quis caelum scandat, quodnam Ipsiùs sit nomen,  
 quodnam FILII? Numine providente isthaec evenerunt, nec  
 satis admirari se posse fatentur intelligentes: siquidem oracula

\*) Nazoræis.

*DEI ad unum omnia quis dubitet quin probatissima sint? Testium loco intelligentibus esto populus Numini carus: neque enim ullum promissum, a DEO suo datum, fuisse irritum experitur ad hunc usque diem. Namque aucti sunt, et porro augebuntur: multiplicantur in immensum a justo viro prognati; atque numeros excedit proles Abrahamica. Crescente in dies flore inter omnes gentes tanta eorum subinde exsurgit multitudo, ut arenas in litore maris, ut stellas superet. Cunctae etiam gentes assurgentibus zioniticae familiae radiis tuto incedunt, et, teste seculorum experientia, moribus lactantur Jacobidarum. Quare novum abhinc cantant carmen, quale canendum praescripserant vates frequentatae illi, non amplius ab incolis desertae, Zioni. Cantant alteris in hos modos:*

Sic jam, vere DEVS, mihi TE cognosco fa-  
 ventem;  
 Praestas (quid timeam?) prospera cuncta  
 mihi.  
 Numen Abrahamidae cantant mea carmina;  
 Numen  
 Nam mihi Jacobi prospera cuncta dabit.

*Quis igitur contendere ausit, universi DOMINO parum probari Israelitas, neque amplius propitium habere Numen Abrahamidas? Verum enimvero amore prosequitur DEVS JEHOVA populum suum: gentem sibi caram electamque ex reliquis haud reprobat Judaeorum Conditor paterno erga liberos suos animo insignis: neque abjiciet peculi-um suum Vindex Israelis fidiissimus. Nonne enim salus ab Eo promissa et clementia Ipsius aeternum constabunt his, qui  
 sin.*

*sincero illum animo venerantur? An spes piorum tantae re-*  
*gionibus circumscribuntur infra lunam sitis? Ergo in pul-*  
*vere cubantes non resurgent? defuncti annon ad unum omnes*  
*seculis devolutis expergiscuntur? Confidunt pii, superstitem*  
*sibi Vindicem existurum, et redemptionis pretium a Legato*  
*Feciali inventum esse ad liberandos ipsorum animos, quo mi-*  
*nus corruptioni cedant. "Noctem enim sepulcri caliginosam*  
*„(sic statuunt,) dispellet Vindex," utpote caelum invectus;*  
*atque mortis evadendae facultatem expectant a JEHOVA*  
*DOMINO suo, quem penes esse sciunt salutem. Emortua*  
*resuscitent ossa et corpora, arboris instar aridae e radice re-*  
*pullulantis ac renascentis: neque profecto spes ees deficit, sed*  
*per totum colluctationis tempus sortem opperiantur meliorem,*  
*donec renascenti felicitas obtingat. Cavete itaque, miseros*  
*vocitatis, quos DEVS salutis ergo fataliter afflictos voluit.*  
*Namque prospera orbis non fundit, nec tranquillibus rebus frui*  
*possunt telluris incolae: verum aeterna sperant ac preannun-*  
*tia gaudia, quum expervecti ipsius DEI faciem ad exsultan-*  
*da amicorum desideria compositam aspexerint. Istos qui-*  
*demi odit, quos morientibus fiducia nulla sepere est: at deliciae*  
*Ipsius vocandi sunt illi, qui, ad consuetudinem cum DEO*  
*incedam aspirantes, caelum sibi metam proponunt.*

*Atque enimvero sic factus est: "Mortem aeternis tri-*  
*„umphis absorbandam de medio tollet, lacrymamque*  
*„JEHOVA DOMINVS ab omni facie absterget, ac*  
*„populi sui ex universo terrarum orbe auferet ignominii-*  
*„am. Stat decretum! Age, mi popule, cubicula tua,*  
*„sis, intra; foribus pone te clausis paullisper modo deli-*  
*„resce, donec animadversionis rigor transierit. Ad vi-*  
*„tam redibunt defuncti tui: ossa mihi sacra resurgent.*  
*„Lucis vitalis radios almi aurorae soles affundent defun-*  
*„ctis tuis. Oppugnabis Mortem; immo Spes tua pro-*  
*„ster:*

„sternet Sepulcrum: et ab inferiis regnis repportabis vi-  
 „ctoriam. Ad vitam redibis; neque amplius sanguis ru-  
 „us, quasi Vindice nullo ad aera ebulliens, regetur Tar-  
 „taris. Iterum exterminandus, ad salutem (dixi) deci-  
 „mberis, mi popule: sicut terebinthus ac quercus pro-  
 „jectis truncum relinquunt, sanctum porro germen sti-  
 „piti tuo includi scias.” *Praeterea de servandis ex Israele*  
*suis sibi scribit: “Vni lex veniet Zion; delictum aver-*  
*sifuturis, inquam, ex Jacobaea gente: JEHOVA ait.*  
*Non amque ad multos annos Israelitae sine rege manebunt*  
*et sine principe, sine sacrificiis et sine templo; quamvis*  
*non e priapejis Alonidum statuis, nec pallis ad supersti-*  
*tionem a Jerubbaale inventis, nec laribus a Rachela sur-*  
*reptis polluti. Deinde rursus prosequatur Israelitae*  
*DEVM suam et REGEM suum, Illam DAVIDEM;*  
*et venerabundi ad JEHOVAM atque ad Felicitatem*  
*ab EO ipsis promissam accedent tempore jamjam ven-*  
*turo.” Ritum sibi iterum, de familia Regis sibi consecra-*  
*ti loquens, et res futuras praemonstrans, his utitur verbis:*  
*“Illi populus meus erunt; ego DEVS eorum ero. Atque*  
*rex illis praeficiendus erit DAVIDES munus a me sibi de-*  
*bitum, aeterno obituras. Vnius imperio subjecti, Principem ha-*  
*bebunt, aeterno regno functurum; DAVIDEM, numinis cul-*  
*torum in illis in me. Pactam foedere salutem praestabo; foe-*  
*dere illis aeterno fidem alitrix meam: populum peculii*  
*nomine meum tradam Ipsi, illosque multiplicabo, et ran-*  
*quam in templo mihi sacro aeternum inter eos habi-*  
*taturas sum. Quasi tabernaculis meis cinctos prote-*  
*gam: me habebunt DEVM; mihi et ipsi erunt popu-*  
*las.” Etiam, obsecro TE, praesta! Denovo sic per prophetas*  
*suis sibi praedixit: “Quodam sub extremis caeli plagis vi-*  
*ram deus exilio agitatus, JEHOVA DEVS tuus*  
*inde te congregatum recipiet; beneficium in te experie-*  
 „ris



ris Numen, et incremento antecelles majoribus tuis.,  
*Fac ratum, precor, bone DEVS!*

Tali pacto JEHOVA genti suae fidem adfirinxit, praestandam in iis, quos ex Judaeis SERVATOS voluit,\*) quibus SERVATVRVM pollicitus est SERVATOREM \*\*) ad tempus constitutum. Atque jam dudum servavit eos merentissimo consiliorum divinarum Administro intercessore, utpote quem, teste experientia hujus aevi, ad perficiendum aeternum decretum adhibuit, rebus felicissime succedentibus. Siquidem, ex quo, nulla adhuc stirpe nobilis, extirpatus et quasi e vitalibus regionibus excisus fuit, gentis Conditor factus est, expiatis sanguine Iesus iis, ad quos tantius de ista re non pervenerat. Ecce enim! Quemadmodum tuo ad speculum, o Ishael, gens cara simul atque afflicta, gens quam DEI propitia tam plagis fataliter percussa, obstupescunt; ita speciem vides, plus quam in plebejis hominibus, deformatam. ARBOR ISAEI projecta jacet. Ramum Salomonis frondosum summus rerum Arbiter perdidit. SVRCVLVS EX TRVNCO succrevit, qualis avido solo exsurgens radicala. SANCTVM GERMEN stipite Ishael, quum projiciebatur, inclusum fuit. Adulta jam exsistat SOBOLES DAVIDIS: Soboles, inquam, propagata -- ex propagine NATHANIS, -- per ramulum LEVI, -- a palmito SIMEI: -- Eum dico, cui cor basta TRANSFIXERUNT, quum Serpens ille scelestorum ministerio perforasset calcem Ejus; -- Eum, cuius in ipso juventutis flore vorantem sanguinem LAMENTATAE sunt festa sacra celebrantes FEMINAE; -- pro quo appensum pretium fuisse constat NUMMOS ARGENTEOS TRIGINTA, in TEMPLVM projiciendos, et dandos FIGULO;

\*) hebr. in nazoraicis Judae.

\*\*) h. Nozerem nazarenum.

LO; -- *cujus vestimenta disperserunt inter se, tunicam in sortem coniecere, quum a deo suo derelictus esset; -- cui manus perfoderunt ac pedes, -- sepulcrum decreverant juxta maleficos, -- qui tamen mortem perpejus condi debuit apud divitem. -- Peperit genitrix emensis septenariis septuagies septies a promulgato edicto de exstruenda urbe sancta: -- annis abhinc sexaginta duobus venit populus fortitudine insignis. Atque supremis rerum Moderator illi divinitus ad munus Consecrato ex Beblehemitis crescentem in dies potentiam tribuit, propterea, quod multitudinis culpam in se susceperat. Etenim in urbe sancta cerni licuit turbam a pernicie servatam, JEHOVA protegente populum suum in ista tremenda tempestate: quippe quoniam protexit atque eripuit, SALVVM EDVXIT atque evadere jussit. Augustissima haec, DEO judice, LIBERATIONIS MAXIMAE CELEBRATIO erat, festusque dies, non, ut iste, cum trepidatione aut fugae commemoratione peragendus: sacra vasa gestantium nemo tunc temporis aderat, quin rite auguratus videretur DEO suo: namque Agnum mandandum Munerator sibi prospexerat: sub auspiciis JEHOVAE propius accedere fas fuit: et amico convivae hospitio excepti sunt ab Numine Israelis. Oribus coactis vidisses Agnum comprehendi, et ne mutire quidem! Sua religione Merentissimus ille, isque Minister vulneribus contusus, multitudini gratiam aequi Judicis conciliavit, quandoquidem impositas sibi poenas sceleratorum Ipse pertoleraverat. Quare propter hanc augustissimam maximae Liberationis solennitatem POSTERIORIS TEMPLI GLORIA longe superavit prioris ipsius magnificentiam; atque in ea igitur aede, ubi SERVANDOS \*) ex populo suo in libertatem asserere decreverat, supplicia culpam illorum expiatura irruere DOMINVS jussit in Civem, res suas bene gerentem,*

at

\*) nazoraecos.

at morte tamen afficiendum calamitosa. Verum in excelsum sublatus, altius erectus, sublimique in fastigio collocatus est SERVATOR ILLE MEVS,\*) ex quo spoliū partiri coepit cum potentissimis. Namque caeli Imperator gentes undique commovit, ut ad ILLVM GENTIBVS DESIDERATVM accederent. Prius quae ventura erant, en cernis perfecta; novas rerum conversiones, antequam vel germinare putasses, diserte praedictas legis. Quis talia novat, ut praesignificare posset, praeterquam Ille e longinquo prospectans DEVS? Numquid hoc casu accidit fortuito? an forte fortuna evenit et temere factum est? Annon Numen dicendum erit praemonstrasse digito? Quid enim? DEI immortalis cognitionem a Leone profectam cerno, et vaticiniorum complementum manifestum animadverto in splendidissima illa ad munus augustinum divinitus consecrata Persona. Ecquis contenderit igitur, ad tantas rerum conversiones ab aeterno praevidendas parum valuisse JEHOVAM, aut noluisse vatibus suis ab antiquo arcanorum consiliorum facere copiam? Nisi fortassis arduum Ipsi fuit millenos annos prospicere, quasi ultra crasimum haud provideat? Ergo quae tanta est mortalium temeritas, quod oracula conantur caelestia torquere, atque in nihilum vertere effata divina, ut sensu cassa vaneſcant?

Euge nunc, sodes, huc ades dum, qui sitis! Vinum bibe et lac? JEHOVA ait, VINDEX tuus, o Gens sancta! Desinas; operam perdis; esurie occidis. Mibi aurem arrige! Etenim ex pacto gratiam tibi debeo aeternam, DAVIDICA illa AMICITIAE PIGNORA certissima. Ad me, o Israelitae, vos recipite, et ad DAVIDEM REGEM; siquidem nominis vim explet, AMICVS mibi ac PERAMATVS, totus ad animum meum compositus. Alma Zionidarum Conditrix ex gratia sanguine sibi pacta liberis suis in fovea delitescere

C

\*) han-Nozri, nazoraicus. (f. nazaracus, l. nazareus.)

tesentibus evadendi veniam conciliat. Si fidem habueritis, aeternum salvi estote! Namque fontem aperui genti Davidicae, et Hierosolymitanis: numinis mei afflatu mortales nullo facto discrimine quoscunque insignire coepi: servatum iri edixi, quisquis JEHOVAE nomen invocaverit. Ea aetate JEHOVAM solum, hunc solum Regem atque unicum venerabuntur per orbem terrarum. Dixit gentis suae Vindex, cui SANGVINIS a se amissi IN AMICTU VESTIGIA remanent, Redemptos Zionis allocutus: "Me abhinc, me consolatorem habes; quid ab hominibus times, letho perimendis?" Dixit; et, contentis viribus approperans, virtute pollens ad offerendam salutem, adventabat, ut rumpebatur Mortis repagula: neque enim ad corruptionem mortuus est, aut attenuatum sicut corpus Ipsius. Iubente eo omne clausum ac vinculum solvi debuit: atque vero solvi cooperuit aures clausae et linguae constrictae, ac vincula mortis dissolvi. Scilicet ILLE AD OPERAM FERENDAM PROMISSA mortem occubuit quidem, at NON COMPERTUIT; quia sepulchro haud erat permittendus amicus DEI, et tam bene de civibus meritum, fas fuit, post tot angustias, quibus ex Judicis sententia premebatur, in caelum recipi. Quid igitur, o Zion, ab hominibus times moriturus, quum Vindicem habeas immortalem? aut quid, dilecta uniceque mihi amata, nunc moesta conquereris; te devictam a DOMINO, te jam oblivioni datam perire? Matremne dixeris mammis suis adhaerentem oblivioni posse tradere, nec misericordia commoveri erga filium, quem utero suo gestavit? At istae obliviscantur, licebit; Ego tui non obliviscar! Perum tamen Hostiam vobis, o mortales, ob oculos proponere placuit, ne gratiam vestris in me meritis deberi fingatis, sed, aevi memores futuri, pactam clementiam vite vereamini: siquidem misericordiam iustitia temperatam sequor; et, quantumvis miti sum ingenio, graviter in sceleratos me esse animadversurum vos scire volo.

Ita-

Itaque JEHOVÆ nomine vobis congratulamur, o Israelitae, verbis utentes prophetarum vestrarum. Ex templo JEHOVÆ congratulamur vobis et a monte cultui Ejus sacratio. Scilicet nunc jam terrarum orbis mons Ipsi devotus esse coepit, atque Hierosolymorum titulo insigniendus abhinc erit totus tractus Aeterni Numinis adorationi dicatus, ex quo, sicut oceanum undis, ita orbem terrarum DEI cognitione redundare perspeximus. Congratulamur ex templo Ipsi sancto et ex florentibus inter nos academiis: "Fer opem, agentes;" salve, qui ab JEHOVA missus „venisti!" nec sine maxima laetitia una cum philosophis nostratibus prosternitur, ex vestra gente, o Judaei, Lucem nobis exortam esse verissimam, qua Salus a vestro DEO afferenda spargeretur ad extremos telluris fines: maximique vos facimus, et in summo honore habendos hoc die praedicamus, ac precibus nostris apud nostrum DEVM nostrumque Vindicem salutem vestram eslagitamus. Idque merito, quandoquidem vos electa ex reliquis gens estis vestro pariter ac nostro DEO; nam UNUM colimus utrique. Etenim Abrahami progeniem elegit sibi tanquam populum peculiis tituli suum, ipsa amplitudine spectabilem caeteris gentibus. Propterea salutem et supremi rerum humanarum Moderatoris clementiam exoptamus vobis, o Judaei, fratrum jamjam nomine compellandi christianis. Itaque semper, ex nostro quidem voto, populus sitis carus ac venerabilis regibus ubique gentium universis usque ad finem seculorum!

Salus Redemptoris vestri

illucescat vobis

abhinc in aeternum!

C 2

Scri-

Scriptum in florente Helmstadii Academia, postquam,  
*sub exitum Septenariorum LXXVII,*  
 populo suo reducendo venit

SOSPITATOR,

anno

*gentis sospitatae*

MDCCCLXXXII.

P A X I S R A E L I !

### OBSERVATIONES,

quibus varia huc pertinentia uberius explicantur et  
 comprobantur, praecipueque in vim dictorum

JES. XLIX, 6. ac MATTH. II, 23.

accuratius inquiritur.

- a) Ἀναθρησκία εἴκει ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, i. e. ἀναθρησκία  
 ἁθροῦ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ. Ita certe, si hebraice scripserit  
 חַיִּים מֵעַם מְשִׁיחַ, quilibet hanc sententiam in-  
 telligeret. Neque solum מֵעַם saepe DEVM iudicii  
 aut decreti auctorem notat, sed particulae etiam ἀπὸ si-  
 millima vis inest Marc. 8, 1. Quid? quod et *codices*  
 quidam *antiquiores*, (Claromont. San-Germanens. et  
 Boerner.) in locum particulae ΑΠΟ substituerunt ΤΙΟ,  
 ex *glossa marginali* puta; atque vero pretii nullius non  
 sunt in quaestione grammatica hominum graece docto-  
 rum glossemata. (Possis etiam cum verbo jungere,  
 precarer a Christo, ut piaculum ferem.)
- b) In gratiam *tironum*, hebraice sapere ac nesciar doctrinae  
 purioris ex ipso flore trahere cupientium, *indicem*  
 huc apponam *dictorum*, quibus dilucidandis maxime E-  
 pistolam illam, licet ab animo pro salute Iudaeorum  
 flagrante profectam, accommodare studui. Utinam sic  
 fontium amantioribus quasi clavem tradidissem ad refe-  
 ran-

randum *codicem*, quem probe sciunt *semper ad manum esse oportere theologo!* Itaque velim evolvant, et cum litteris genti clarissimae inscriptis sedulo comparent dicta sequentia: --- Jcf. 49, 6. Gen. 22, 18. 3. 15. 49, 10. Jcf. 9, 5. 8, 23. [in חַרְחָלִים bis הַ paragogicum ex הַ seu נ. em. hatico chaldaeorum interpretandum. Sic *דַּמְרִיזוּס* חַרְחָלִים Pl. 120, 1. חַרְחָלִים Ex. 15, 16.] Jcf. 9, 1. coll. 5. Mich. 4, 2. Joel 4, 18. Jcf. 60, 9. [Tartessus Hispanica.] Prov. 30, 3. 1. 4. Pl. 118, 23. coll. 22. Prov. 30, 5. coll. 6. Jcf. 60, 3. 42, 10. 62, 12. 12, 2. 6. 1 Sam. 15, 29. Jcf. 26, 19. Job. 19, 25. 33, 23. 24. [verba, *Illuminabit Redemptor tenebras noctis*, ex inscriptionibus Judaeorum sepulchralibus.] Pl. 68, 19. 21. Job. 33, 25. 14, 10. 7. 14. Siracid. 46, 14. 49, 12. Jcf. 26, 18. Pl. 17, 15. Jcf. 25, 8. 26, 20. 19. Pl. 110, 3. Mal. 3, 20. [Rorantia sanguine sepulcra aurois collustratum iri, fingunt Arabes.] Job. 19, 25. 17, 16. (coll. 15.) Jcf. 26, 19. 21. coll. Job. 16, 18. Jcf. 6, 13. 59, 20. Hof. 3, 4. 5. (coll. Judic. 8, 27. et Gen. 31, 19.) Ezech. 37, 23-27. (coll. 1 Paral. 18, 17.) Deut. 30, 4. 5. Jcf. 53, 11. 10. Dan. 9, 26. Jcf. 53, 8. 10. 52, 15. 14. 53, 4. 2. coll. 11, 1. et 6, 13. Jer. 23, 5. Zach. 6, 12. 12, 12. 13. 10. [Nondum definitio, an veram, ingeniosam tamen atque memorabilem et confirmationem religiosorum perquam dignam loco Gen. 3, 15. proposuit conjecturam *Carolus Peters*, in libro ab Anglis doctioribus, in primis *Lenthio* et *Kennicotto*, mihi maxime commendato, *Critical Dissertation on the Book of Job*, Preface, pag. LXV. sq. Ad do tantum, verbo חַרְחָלִים affinem radicem arab. חַרְחָלִים utrumque significare, eum *percutere* (enle), tum (4 conj.) *perforare*.] coll. Pl. 110, 3. [חַרְחָלִים, sic enim pronuntiandum puto, *mortuum descentes feminae*, ex

arabismo. חיר כרוחם *comitatus clementiam consecutus.* Zach. 11, 13. Pl. 22, 19: 2. 17. [כארר ex matre lectionis; neque enim solum חיר כרוחם et קאמו ex arabismo scribitur, pro חיר כרוחם et קאמו, sed etiam כרוחם ex חיר כרוחם scriptum est כרוחם Nehem. 13, 16. cum not. masureth. ירוחם א. Pari modo ex כרוחם pro כרוחם oriri potuit כארר. Certe LXX interpretati sunt *ἀεζαν*; adstipulantibus Vulg. Syr. Ar. Aeth. Et ne quis dicat, forte a *christianis* mutatum esse locum in versione communi, multo etiam memorabiliorem expressi: euphemismum *ΙΥΔΑΕΥΣ* nomini isti infensor *Aquila*, ἡσυχαστῶν, *ignominia affecerunt*; qua igitur re apparet, illum non substantivum, sed *verbum* legisse. Atque vere, praeter testimonia Masorae ad Num. 24, 9. ac R. Jac. B. Chajim, librosque aliquot impressos, כארר confirmant manuscripti codices quatuor; quos inter Bodlejanus, cum seculo 12 (ut aestimat Kennic.) natus, et Malabaricum illud exemplar, a Peyrera Judaeo in Europam translatum. Quid? quod ipsum כרוחם exstat, quum in libro impresso, tum in MSS. 3. (recentioribus quidem, nempe sec. 14 et 15.) nec non in *Appendice variarum lectionum* ad edit. Munster. 2. Bas. 1536. Itaque ex *Cibibb כארר*, (vel ipso Buxtorf. fil. fatente, vid. Kennic. Diss. gen. §. III.) credibile est, irrepsisse *lectionem synagogicam* seu *Kri כארר*; nec tamen primam originem dolo malo tribui necesse erit, quum gigni potuerit ex mera oblitteratione fortuita. Nempe probabilior semper fuerit, nisi aliae rationes contrariae accesserint, corruptio codicum fortuita, quam fraudulenta, *ab utraque parte*, donec iniqui non simus censors. Sic autem sensum verbi כרוחם declarabit locus Pl. 40, 7. Quod etiam tuerenda esset lectio ex leviori ratione facile oriunda כארר, nec, quid a sacris nostris alieni inde lucrarentur, video,  
nec



nec sine inauspicata quadam ellipsi, qualem supplet Chaldaeus, (ni is suo more binas lectiones recepit,) intelligeretur. Ille quidem, "Mordent leonis instar manus meas ac pedes;" forte elegantior foret explicatio: *Leonino furore saeviunt in manus et pedes meos.* Quae lectio, modo ex criticis rationibus firmior esset, in quem alium quadret, nisi in eum, cui soli versiculus 19, et cui tam proprie vers. 2 convenit, licet *ex rīs neqiro-μs* sim aut Pyrrhone haesitantior, profecto haud potuerim excogitando invenire. Et jam pendente mihi, quae reliqua sunt omnia, commata v. gr. 23. 26. 28. 31. 32! - - Jes. 53, 9. Mich. 5, 2. [coll. Jes. 7, 14. 9, 5. sicut ne verbo quidem mutato tanquam in Sermonem *Jesaiæ* 2, 2-4. idem *Micba*, huic aequalis, commentatus est, vid. Mich. 4, 1-3. Comparetur etiam Jes. 2, 5. cum Mich. 4, 5.] Dan. 9, 25. 26. 1 Sam. 2, 10. Mich. 5, 1. (coll. 3.) Jes. 53, 12. Joel. 2, 5. Jes. 31, 5. [רוד ar. liberavit.] Jes. 52, 12. [coll. Exod. 12, 11.] Jes. 52, 11. Gen. 22, 8. Jes. 52, 12. [רן hospitio excipere, v. c. Jos. 20, 4. 2 Sam. 11, 27. Itaque Jes. 52, 7. nuntii videntur respici, populum ad celebranda solennia in urbem sanctam (v. 1.) convocaturi, sicut profani sacris locis arceri fuissent, nec nisi sacerdotibus rite iustratis accedere licitum. v. 11. Occasionemne imaginari praebuerit insolita post interruptas religiones frequentia tempore Ezechiae? Leg. 2. P. ral. 30, 1. 6. 26. Certe *armigerum agmen* parum quadrare sentio; neque tam *vestes* Jeshovae, quam *vasa sacra* portantium tumultus *sacrificio sacerrimo faciundo*, quod cap. 53. describitur, convenit. Proxime a vero absuit *generos Michaelis*, qui de reditu in patriam haec non posse intelligi diserte confirmat.] Jes. 53, 7. 11. 5. Hagg. 2, 9. Jes. 53, 5. 6. *ויד c.* non solum ex usu loquendi *hebr.* quo pri-

primum semper respici oportet, *capite plectendum invadere*, significat, sed ipsum adeo nomen וַיִּבֹּא ab arabibus ad describendam *calamitosam* mortem adhibetur. Etiam LXX 3 Reg. 2, 25. verterunt *אֲמַזְעֵם interficere.*] Jcf. 52, 13. 53, 12. Hagg. 2, 7. Jcf. 42, 9. Ex. 8, 15. Jcf. 2, 3. 55, 1-3. Ez. 34, 23. [q. Hof. 3, 5. (coll. Jcf. 8, 21.) Zach. 9, 11. 13, 1. 12, 10. Joel. 3, 1. 5. Zach. 14, 9. Jcf. 63, 3. 51, 12. 11. 14. 63, 1. [וַיִּבֹּא, ab *invadendo*, tam citato cursu incedentem, quam ad preces exaudiendis propensam, significat arab.] Act. 2, 24. Jcf. 35, 5. 43, 8. Marc. 7, 34. [q. Luc. 1, 64. 13, 16. Pl. 16, 10. Jcf. 53, 8. coll. Pl. 48, 16. Jcf. 53, 11. 49, 14. 15. Pl. 118, 25. 26. Matth. 21, 9. Jcf. 11, 9. (5 1, 1-3.) Jer. 3, 17-19. Pl. 118, 26. coll. 25 et 27. (adde Zach. 14, 16-19.)

- e) Sane liberius, quam fert hodierna scribendi gravitas, *homonymiae* vocabuli *nazoraeorum* indulgi, non solum sub finem praefationis, sed in Epistola etiam ad Hebraeos; praeterea aliquoties *paronomasiam* persecutus sum, in *vocibus salutem significantibus* obviam. Etenim quum vix existurum putem, qui neget, multa occurrere in libris apostolorum, quae, in hebraicam linguam conversa, rectius intelligantur, neque raro iis quoque locis, ubi diserte indicatum non est, prophetarum sententias memorabiles et scribentibus et legentibus ante animum versatas esse; videor mihi ita demum vim persecutisere dicti vexatissimi MATTH. II, 23. si, gentis Nazoraeorum ingenio obtemperans, ipse Nazoraeus, *commune Conditoris ac populi nomen* cum ea significantia pronuntiaverit, quae ex usu vocabulorum quotidiano colligitur. Nam facillimam, oportet, paronomasiam tunc temporis suppetuisse Hebraeis in appellationibus his homonymicis pervulgatissimis: *Nozer*, Servator; *nazur*, ser-

servatus, et, servandus; NOZRI, a salute denominatus, nec non Nazarenus, item, Servator meus, aut, (Doo loquente,) donatus a me Vindex, immo, Christus, et Christianus; NEZVRIJAH, graece NAZORAIOS, *divinitus servatus*. - - Sed ut hanc interpretationem, certe non plane novam, \*) doctorum virorum judiciis approbem, primum diligentius de sermone JES. XLIX, cujus *versiculum sextum* maxime *Mattbaeo* in mente in-sediisse crediderim, disputandum erit. Totam prophetae orationem, inde a *comm. 1.* usque ad *gvum*, sic verto: "Audite me, o transmarini; de longinquo, cu-  
 „jusvis nationis fueritis, me auscultate. Necdum pro-  
 „gnatum me compellavit DEVS aeternus, et in utero  
 „latentem NOMINIS MEI me jussit memorem esse. Gla-  
 „dio acuto similem mihi formavit linguam: sua maru  
 „PROTECTVM me occuluit:\*\*) meque reconditae pha-  
 „retra sua sagittae politae vicem fungi voluit. Sic au-  
 „tem me allocutus est: Tuo, ISRAEL, utar ministerio;  
 „ISRAELEM\*\*\*) dico, in quo mihi gloriantum erit! E-  
 „qui-

\*) *Mintertus* (Lex. N. T.) appellationes Dei NOZER (i. e. Goel, פִּדְיוֹן) in hunc finem accivit. Locum autem Jesinae copiosius a me exponendum in subsidium adhibuit *Ge. Lud. Oederus*, Onoldensis *Observation. sacrar. syntagm.* Obs. XVII. quanquam is, נְצִירִי pronuntians, (melius legisset נְצִירִי,) nomen *patronymicum* de solo Christo obvium ex נְצִיר deducit, iterumque נְצִיר, LXX Thren. 4, 7. Ἰσραηλῆος, huiusque familia, admiscet.

\*\*) non statim in conspectum prodire mihi permisit; neglectus fui ad tempus.

\*\*\*) Veri nominis ISRAELEM, luctam cum DEO ineuntem ac voti compotem, a perperam sic dicto *Israele* 48, 1. 49, 5. 7. fati clare distinguit. Interea *gentis probatoris ac numerosae*

„quidem conquerebar, me sine fructu defudasse, frustra-  
 „que et in cassum consumsisse vires meas: verum etiamve-  
 „ro causam meam sibi Numen aeternum [defendam]  
 „VINDICAVERAT, ac reconditum fuit operae meae  
 „pretium \*) apud DEVM meum. ” Nunc igitur  
 „dixit Aeternus, qui necdum prognatum me formavit,  
 „ut meo ministerio AD SE reduceret Jacobum; - quan-  
 „quam ISRAEL congregari se in unum non \*\*) patitur!  
 „- at tanto videbor gloriosior Numini aeterno; mihi-  
 „que robur suppeditabit DEVS meus! - Dixit, in-  
 „quam: Parum tibi honorificum fuisset ministerium, si  
 „[folas] Jacobaeorum tribus stabilire [ex his imperium  
 „augustum erigire] tibi mandassem, et EX ISRAELIDIS  
 „SERVANDOS [בְּאֵרֵי יִשְׂרָאֵל] ut reduceres. \*\*\*) Im-

110

Satorum nomine ominoso antiquo, ad totam familiam perti-  
 nente, nunc compellari, patet ex continuo subsequentiis.  
 (Judicium meum de sententioso isto dicendi genere hebraeis  
 usitato copiosius declaravi in prolixiore ad Hof. XI)

- \*) Praemia significat exaltatorum laborum Jef. 53, 11 sq. tam  
 sibi ipsi fruenda, quam adventanti, ut inter suos distribuat,  
 praeferenda, Jef. 62, 11. 40, 10. Apoc. 22, 12. Sic enim, in  
 caelum reversus, munera dicitur (quod DEO vix convenire  
 sentio) accepisse inter mortales, immo contumaces etiam se-  
 curam sub Ejus auspiciis vitam aeternam pro mercede habuisse,  
 Pf. 68, 19. et fato defunctus familiam אָרַב condidisse, Jef.  
 53, 10.
- \*\*) Lectionem synagogicam, scriptae plerumque (ni fal-  
 sor) postponendam, אָרַב, sex tantum vel septem (si correctio-  
 nem a recenti manu adjunxeris) testibus fulciri video in  
 Bibliis Kennicottianis; illamque, quum propter faciliorem  
 ex hac originem, tum maxime, quod ista sine ingenij ope  
 vix inveniri potuisset, rejicio.
- \*\*\*) Ad DEVM suum, scilicet. Conf. v. praec. it. 10, 23. 20, 22.  
 Hinc

*pro gentium [profanarum] Lumen te designavi, ut ad extremos usque terrarum fines SERVATOREM te praeseres*

Hinc ominosum illud maximeque emphaticum nomen **שֵׁרָר יִשְׂרָאֵל**, *superfunt ad DEVM reducendi*. Adde Hof. 3, 5. Jes 8, 21. -- Quoniam autem verba **יִשְׂרָאֵל שֵׁרָר** majoris mihi nunc momenti sunt, omnino in scriptiois veritatem erit inquirendum. Lectio quidem synagogica, **יִשְׂרָאֵל שֵׁרָר**, calculo tantum non tricenario confirmatur, et facillime ex **י** intelligitur corruptio lineolae oblitteratae, quam voluntaria mutatio **שֵׁרָר** in **יִשְׂרָאֵל**. Quod etiam si scriptum in contextu lectionem, cui caeteroqui me faventioris modo professus sum, praetuleris, forma chaldaica **יִשְׂרָאֵל שֵׁרָר** (ad exemplum **יִשְׂרָאֵל שֵׁרָר**) sensum efficeret haudquaquam diversum, licet ita sonum haberemus magis a cavā ista vocali in NAZOPHONIS recentem. Reliqua varietas vix tanti est. Codex manu exaratus Pocock. in Bodlej. hispanic. hemisichice scriptus, (quae res fortassis auctoritatem conciliare videatur nonnullis,) aut ab errante calamo habet **י** in fine, aut litteras exhibet sic pronuntiandas, **יִשְׂרָאֵל שֵׁרָר**, "et servandum ipsius, Israelē, ad DEVM reducendum." (h. e. et quidem veri nominis Israelitas ex gente Jacobi, ad fidem perducendos.) MS. Meermann. Roterodam. sec. 13. extr. si puncta apponimus, **יִשְׂרָאֵל שֵׁרָר**, "et servabuntur Israelitae, ut [eos] reducas [ad DEVM];" sive si, qui surculum quaerunt, pronuntiare maluerint, **יִשְׂרָאֵל שֵׁרָר** ac *progerminantem de Jacobo illum melioris notae Israelē*. conf. Jes. 27, 6. Sexies defectively scriptum, aequo jure pronuntiarī possit **יִשְׂרָאֵל שֵׁרָר**, ut **יִשְׂרָאֵל שֵׁרָר** Kri faveret, aut **יִשְׂרָאֵל שֵׁרָר**, quo modo pro Cthibh flaret, quam **יִשְׂרָאֵל שֵׁרָר** ac *surculos Israelit.* Nam quo minus postremum praeferam, verborum concinnitas impedit, si quidem genti Jacobaeae *reducendae* aptius respondent *servari* ex Israelitis *reducendi*. Certe neque

„fles A ME DONATVM. His praeterea verbis JEHO-  
 „VA, SANCTI SUI ISRAELIS \*) VINDEX, commo-  
 „net istos, \*\*) qui flocci faciunt animam [humanam] \*\*\*)  
 „quibus vel ipsum nomen GENTIUM [Goi!] detestabile  
 „videri solet; \*) quamvis ipsi populus sint tyrannorum  
 domi-

reditus in furculos quadrat, neque memini, eo modo, sicut  
 virgam, שבט, seu perticam, ab agris metandis dictam, ita  
 etiam furculum נצר hebraeis tribum notasse. - Quare ser-  
 vandos ex Israelitis intelligi oportere, subtilissima mihi crisis  
 persuadet.

\*) Principis maxime, tum simul et conditae ab Hoc familiae  
 τῶν ἐν νεφελῇ νεφέλαιων. vid. Rom. 2, 28 sq.

\*\*) istos, quisquis hujus furfuris sanctum-Israelis nomen tan-  
 quam sacrilegio ad se rapuerit.

\*\*\*) „Annon vero gentis ( גוֹי ) collustratae multitudine ingenti  
 „laetitia tanto majorem afferre studuit DEVS Servandus ex  
 „Israele?“ Jes 9, 2. - Nempe activa verbi continuo sub-  
 sequentis forma ac nimia pronuntiationis vulgatae deflexio  
 me cogunt, active cum LXX, τὸν φανήσκοντα, salvis consonan-  
 tibus pronuntiare פִּנְסֵהוּ. Reliqua equidem fateor interpo-  
 lationi tribuenda esse, verum malae fraudi christianorum il-  
 lud acceptum referri oportere pernego. Nam aequae facile  
 Judaeus graecissans in loco ante complementum vaticiani ob-  
 scurior adscribere potuit codici suo subinde a margine in  
 contextum transitura verba, Ἀγύσατε [ ut 8, 13. sq ] τὸν φαν-  
 ήσκοντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, τὸν ἐδελυσσόμενον ἐπὶ τῶν Ἰσραήλ, [ haec  
 vix a christiano proficisci potuisse videntur, ] τὸν δούλον [ sic  
 verba τῶν δούλων corrigi archetypus jubet ] τῶν ἀρχόντων. Βασι-  
 λῆς ἔφηται αὐτὸν, καὶ ἀνεήσυχτοι ἔρχονται καὶ προσκυνήσουσιν αὐ-  
 τῷ, ἕνεκεν Κυρίου. κ. τ. λ. Etiam Theodotio, (cit. Hieron.) a-  
 ctive, Qui despicit animam.

\*) Quippe nihil humani sibi propinquum putantibus; מִתְעַבֵּי

Pi. non Py. מִתְעַבֵּי; hoc sibi vult nota in marg. כ, טעמים  
 cum

„dominatui subjectus: Immo Reges \*) spectabunt et [ven-  
 „titanti reverenter] *adsurgent*, *bumique* [conspedo pro-  
 „videntiae divinae in procuranda mortalium salute ad-  
 „ministrato] *se se prosternent Principes; atque id ex singu-*  
 „*lari Numinis aeterni gratia ita eventurum praedico,*  
 „*quandoquidem veracissimum Israel veneratur tuique*  
 „[quisquis vim nominis Israelici moribus exprimis] a-  
 „*mantissimum. Porro sic fatus JEHOVA: Opportuno,*  
 „*inquit, gratiae [per te] reconciliandae tempore preci-*  
 „*bus annui tuis, hora SALVTIFERA OPEM tibi attu-*  
 „*li, ultraque PROTECTOREM tibi me praestabo, at-*  
 „*que pacis CIVITATIS \*\*) CONDITOREM te fore de-*  
 „*crevi, ut imperium stabilias, ut [tanquam hereditario*  
 „*jure et ex pacto tradendas \*\*\*)] possessiones vastatas*  
 „[sterilitate deformatas \*\*\*\*) ] *occupes.*” caet. - - -  
 Jam, spero, singularem in hoc sermone vim facile a-  
 nimadversurum esse, quisquis verbi de industria repetiti  
 נָצַר significantiam probe expendit. Scilicet quotidia-  
 num arabibus est נָצַר vindicavit, liberavit, protexit,  
 opem tulit, servavit; unde *Vindex, Protector, Defensor,*  
 Ser-

D 3

”cum binis accentibus,” sub ך et ם, aut in ed. Hooght.  
 „בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל אֱלֹהֵי־מִצְרָיִם” i. e. בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל אֱלֹהֵי־מִצְרָיִם, “in alio exemplari u-  
 „nus tantum accentus *Mahyach*,” sub ך, ad indicandum,  
 vim pronuntiationis inesse in syllaba *tha*. Caeterum *collecti-*  
 „*va* tantum perspicuitatis ergo expressi plurali numero.

\*) v. 23. 52, 15.

\*\*) a civitatis *communitate*. ut ex arabica lingua constat, dictus est populus עַם. Conf. Philip. 3, 20. Hebr. 12, 22-24. (nam per totum librorum tractatum scripta sacra ad eodem animos focillandos conspirare sentimus!)

\*\*\*) 53, 12.

\*\*\*\*) Joel, 2, 18. Matth. 3, 9. 13, 25.

Servator, נָזִיר *názir* seu *nazer*, et נָזִיר *názir*, et נִזְר *nozár*.\*) - Itaque pro se nunc quisque iudicet, malitine DEVM vineae suae *Nozerem* *Jes. 27, 3.* \*\*) *custodim* intelligere, an potius ex usu Arabibus vulgari CONSERVATOREM? Pariter curiosus cum animo suo volvant religiosi, quem maxime respici crediderint ab illo, qui superstitis Goelis ac Protectoris fidem de vita desperans professus est, quando, liberorum adeo inconfidentiam, non parentis virtute aut meritis, sed *sacrificiis* expiendam ratus, et de indulgentia *suis delictis* facile impetranda confidens, cum *fati extremi jamjam appropinquantis expectatione* compellat *mortalium NOZEREM?* *Job. 7, 20.* \*\*\*) Quidni etiam de praecepto *Prov. 24, 12. coll. 11. idem sentiri* liceat? \*) certe animorum exploratorem aliis verbis rex ostenderit; praeterea נָזִיר et נִזְר vulgo vitas conservandas indicare solent; sermonem autem omnino esse de *vitae tuae Defensore*, נָזִיר

\*) Tam de nomine *Nazer*, (נָזִיר, נָזִיר,) quam de verbo *nazar* definitius infra exponam. Notetur interea, formam hanc posteriorem *nozár* (*nuzaron*, cum nunnatione) jam propius accedere ad sonos *nozri* et *nozér*.

\*\*) v. Progr. ad *Jes. 26. p. 5* sqq.

\*\*\*) Equidem, quia constare sibi censo disputantium rationes, in libro patriarchalium solatorum plenissimo *malim* et *Legatum Intercessorem morientibus adfidentem* *Job. 33, 23.* et *Goalem Mortis Debellorem* c. 19. ex moribundi *Israelis* professione agnoscere, *Gen. 48, 16. coll. 15.* (adde *5, 15. coll. 2, 17.*) quam recentissima quaeque, aut mera *Edwardsiana*, in diversis pro ingenii fertilitate diversa, antiquissimis effatis substernere; igitur, quum synonyma sint *Nozér* et *Goél*, Jobum de eodem Servatore locis ambobus loqui putaverim.

\*) Nisi quis forte Salomonis sapientiam arcanis patriarcharum indagandis studuisse negaverit?



נָצַר נֶצֶר, (*nozér*), ex eo colligi fas est, quod vel neglectarum sub inscientiae praetextu vitarum caussam Judex ille internorum animi decretorum aclusus fertur. Neque video, cur minus honorifice *probatorum Conservatorem Jehovaham* יְהוָה נֶצֶר (*nozér*) intelligerem in dicto Ps. 31, 24. quandoquidem, interea dum *orcum* (v. 18.) minatur impiis, ipse vates in *Redemptore* animae exhalandae DEO se confidere (v. 6.) ac tanquam munitam apud *Defensorem suam civitatem* (v. 22. coll. Jes. 26, 1.) sibi servari praedicat. - Sed haec, licet in his ipse quidem christianum illum agnoscere mihi videar mortaliū Vindicem, nunc non eo in medium protuli. Significationem tantum *verbi נֶצֶר ac nominis נֶצֶר* inde comprobare studui, quod SERVARE aut *protectere* et SERVATOREM, aut *Protectorem* seu *Defensorem*, et VITAE CONSERVATOREM, potius, ex usu vocabuli Arabibus *quotidiano*, \*) etymon istud denotet

\*) Cor. Sur. XXI, 44. DEVS loquitur: Numquid vero numinibus suis contra nos se defensum iri putant? haud valent [numina illorum] נָצַר (*nazra*) ad *SERVANDAS vitas* (animas) eorum, neque adversum nos societate munire se poterunt. *ib. 40.* Si scirent increduli tempus, ubi nec faciem nec tergum a flammis defendere licebit, atque haud יִצְרֹן *salvi evadent. ib. 76 sq.* Noachi autem, quum olim concionatoris munere fungeretur, (יִצְרֹן נֶצֶר,) precibus annuebamus, ipsumque cum familia ex magno ac praesentissimo periculo salvos evadere iussimus, וְנֶצַרְנוּ אִתּוֹ *cumque servavimus* ab (insultationibus) hominum, miracula nostra mendacii insimulantium, siquidem genus fuit pessimum, et submergendos censuimus cunctos. (Vrgo vitas animasque a suppliciis servare, immo, ab aeterno supplicio vindicare, verbum *nazar* significat. Notetur etiam ex v. 77. נָצַר 3 conj. *concionatoris munere fungi; it. 4 conj. valida voce praeditum esse: itaque Sabat*

notet, quam *custodire* et *Custodem*. -- Igitur in loco illo IESAIÆ (XLIX.) hæcenus a me accuratius exposito animadvertant, velim, lectores subactioris iudicii, spem *nazoræis* (divinitus servandis) petendam ex verbo נָזַר. Nam ad versiculum 6. \*) respici ibidem commate 8. \*\*) manifestum est: et quanquam ultimo loco DEVS *auxilium* spondet Administro potissimum consiliorum suorum, ac si huic soli dixisset, "Nozér tibi ero!" tamen ita sententia exprimitur hebraice legentibus actotius orationis tenorem considerantibus, ut pollicitationum spondentis DEI sanctitatem ad se quoque pertinere, muneraque *Conditoris gentis* præscenda in *familiam* maxime reducere sentiant *conservandi per DIVINITVS CONSERVATVM SALVTIS AVCTOREM*. Sic jam, *hebraice* meditans, in illo pactæ civitatis Conditore (v. 8.) facile agnoscerem τὸν Ναζωραίων, καὶ ὡσεὶ τῶν ναζωραίων ἰσραηλιτῶν (v. 6.) τὸν ἀρχισυνάγωγον, (v. 5.) τὸν τῶν Ναζωραίων ἀρχηγόν, τὸν κατ' ἔξωχὴν ΝΑΖΩΡΑΙΟΝ. Neque hunc solum NOZORAEVM per eminentiam ita vocandum, verum et in illa *metonymica* \*\*\*) sacri vatis descri-

*Sabaitæ* Johannis baptismo servati, et ipsi *nazoræorum* nomen sibi vindicantes, quam *Mandæi* vocentur, a *Concionatore* denominati erunt, et מְנַרְבֵּי נִרְבָּה Norbergii p. 28. erit *præconio* suo vitam seu salutem offerens, vocabulo hebraico קוֹרָא Jef 40, 3. in linguam galilæam verbotenus converso; est enim partic. Aphel. syr. et מְנַרְבֵּי, Castell. Sabaita, significabit a *Præcone* denominatum, quasi *conditor*, pari modo, ut צַבְעֵר, quasi *Zufuacior*, foret, a *Baptista* denominatur. Cuncta quadrabunt in nostrum Ναζωραίων.

\*) נָזַר (יִשְׂרָאֵל).

\*\*) נָזַר (ex נָזַר).

\*\*\*) Plura huius generis exempla indicavi Programm. ad Jef. 63, 3. Chilon. 1777. p. 16.

descriptione, (v. 6.) quia τὸ ἰσχυρὸν ἀποκρίσθαι respondere apparet τὸ ἰσχυρὸν, \*) per ἰσχυρὸν intelligendum esse patet τὸν ἰσχυρὸν, illum auctorem τῆς σωτηρίας, (ἰσχυρὸν), τὸν Σωτῆρα, cumque nomine ἰσχυρὸν omnis gratia imposito (Matth. 1, 21. Luc. 2, 21.) insignem. Etenim, quum ipsam hanc metonymiam hebraeis ac graecis hebraizantibus in usu fuisse certo constat, (Luc. 2, 30. coll. Ier. 52, 10.) notanda omnino erit forma serius introducta ex Efr. 2, 2. caet. ΙΗΣΟΥΣ, pro verulione ἰσχυρὸν; (utramque LXX ἰσχυρὸν vertunt;) scilicet in illa pronuntiatione ejusdem nominis recentiore, praecipueque ubi viva eam voce expresseris, clarius animadvertitur *paronomasia* (auribus nazoraeorum perjuranda) intercedens inter voculas cognatas ἰσχυρὸν et ἰσχυρὸν, et alterutram audientibus aut cogitantibus cito simul alterius notionem consociatam suggerens. Itaque prorsus similem vim apud *hebraeos* verba Jesaiæ lectitantes aut recordantes habuisse mihi videtur vox ἰσχυρὸν, ac si vocatus a DEO fuisset ἰσχυρὸν, (Servator a me promissus,) ἰσχυρὸν, (JESVS MEVS,) ἰσχυρὸν, (*Christus meus*), ἰσχυρὸν, (Redemptor a me mittendus,) c. i. g. a. Nempe qui Jacobidas ad DEVM reducere, ex Jacobaeis tribubus imperium augustissimum erigere, τὴν ἐκλογὴν τῶν Ἰσραηλιτῶν (seu τῶν ἐκλεκτῶν) genti a se stabilien-  
dae inferere; et, ne his quidem finibus coarctato regno, barbaris per orbem terrarum *Lucem* ac *SALVTEM* afferre debuit, cum DEVS aliis, quam his *aut similibus* nominibus, vix compellare potuisset; certe *SERVATORIS* notio ex tota ista descriptione v l nolentibus se obtrudit. Quod igitur Messias ab initio hujus orationis  
E per

\*) quasi ἰσχυρὸν "ut *fr.*" (non, \* ut *fr.*")



moni, Jonac filio, tribuerat idem Christus, (neque tamen

E. 2

pro urbaniore *אֲרִי* ap. Matth. quamquam *Syrochaldaisimum* prodente utroque in verbo *שֶׁבַק*. Judicent inde etiam Doctores de faciliori in illis regionibus confusione syllabarum nezarium et nez'rim! Porro *proprietaem dialecti nazarethanae* in illo exemplo animadverti licet, quum ipse Syrus necesse habuerit, alio vocabulo *בְּרֵי רַעְמָא* significationem singularem civibus suis explicitius declarare. Istiusmodi autem minutias crediderim a soleste interprete propterea non esse negligendas, quod sic suo sensu ex innumeris veri undique elucentis vestigiis tanto cognoscer penitius *רַבּוּ וְעִבְרִיתָא* librorum, citius eripiendam his, qui grammatikas nugas, si ve turpi pigritia deterriti fugiunt, si ve naso adunco suspendunt. Denique et ne hoc quidem in praesenti praetereundum puto, utpote archissime cum proposita quaestione conjunctam, scilicet, *bnai rgêschj* aegre verti posse, ut factum video a Buxt. jun. (Lex. chald. et syr.) "Filii tonitruum", plur. Etenim neutiquam in regimine posita est vox, (nisi forte observata *Norbergio* diversitas in textu *Thevenoti a Brunis* nostris in posterum confirmata fuerit, quod *alia Galilaeorum dialectus* statum emph. masc. plur. num. per *j* pronuntiasse videatur, leg. *Norb.* de rel. et lingu. Sabaeor. p. 15) sed *Jud affirmativum* qualemcunque denominationem *vim exprimit*, ut in adjectivis, v. c. *אֲרִי* (terrestris,) *caet.* Itaque haec observatiuncula ostenderet, in voce *בְּרֵי*, nam sic *רַבּוּ וְעִבְרִיתָא* pronuntiat Syrus N. T. (maxime id meus illius litis arbitrio,) *Syrochaldaeos Galilaeae*, eo tempore, quo scripsit *Matthaeus Capernaumensis*, si ve graecissimae si ve vernacula dialecto uterentur, non necessario ac semper *gentilem* vocabuli derivationem considerasse, verum aequae pronos fuisse ad arripiendam in voce *homonymico abusu trita* significationem emphaticam ex origine vocabuli a nomine *appellativo*. Quare et linguae et ingenio consentaneum foret, si *qualemcunque denominationem a serotino vuzgaxio* vocabulo expresserit *historicus Nazaraeorum*.

men reliquos illius *gentis* in rupibus collocatae Legatos exclusurus, quandoquidem *nazoraeci*, ac TVENDI in *rupe ista*, fuere cuncti ad familiam hostiliter vexatam pertinentes,) statim ad vitam communem translatae est; neque is solum נְבִיא מִצְרַיִם vocitatus est *chaldaice*, sed, *converso in graecum nomine*, multo frequentius abhinc *graece* cum appellare coeperunt, immo et ipse se vocare maluit, τὸν Πέτρον. - - Quidni igitur, tam *manifesto analogiae exemplo* convicti, statuamus, prorsus in eundem modum *ominis* causa NAZARETHANOS ex *Israeliticis tribubus divinitus servatos*, vaticinii maxime *Jesaiiani* vim animadvertentes, τὸν ΚΩΣΤΑΝ, ΓΩΑΛ, c. et. quem a DEO יְשׁוּעָה (h. e. כְּרִישְׁתָּה) vocatum re-ordarentur, *converso paulatim in suam dialectum nomine*, nuncupare maluisse ΚΩΣΤΑΝ; HIEROSOLYMITANOS autem, quorum auribus contempta in sua civitate oppidi galilaei compellatio parum grata fuisset, et fundatas ab his ecclesias, usitatissimum sibi ac propter memoriam *Josuae* honorificentissimum nomen *Servatoris* proprium Ἰησοῦν retinuisse; iterumque GRAECOS, nunc accepto ab Hierosolymitanis nomine hoc illius proprio eum Ἰησοῦν appellasse, nunc, *in suam linguam convertentes*, nominibus a *servando* derivatis substituisse consimile ac gloriosum Σωτήρας agnomen? Neque haec ita a me haecenus confingi, ostendit commemorabile *discrimen in versionibus antiquis conspicuum*. Nam quemadmodum ad plures terrarum partes, ut statim demonstremo, proprium istud atque commune christianorum nomen nazarethanum, translatae fuit atque a Judaeis nostratibus (*non sine omine*, si spes mea vinceret!) tenaciter conservatur, dum nos quotidie compellant *nozzim*; sic non solum a *graecissimis* *hbris* Antiochiae inventum nomen, *gentem* *Consecrati* *eamque et ipsam*

*ipsam consecratam* (1 Petr. 2, 9. Apoc. 1, 6. 1 Joh. 2, 20. 27.) significans, *græce* expressit Syrus N. T. כְּרִיסְטִיָּא, sed iterum etiam *Arabs* interpretes idem illud vocabulum *græcum* porro in suam linguam convertens, quippe vim nominis prementibus popularibus, semper repo uit יֵשׁוּעַ, ac si dixeris *messianum*, h. e. a Consecrato denominatum, unum ex gente divinitus consecrata. Quid? quod in nonnullis regionibus a Servatore JESU denominari et quasi JESVANI (h. e. Nozerani seu Soterani) vocari maluisse videntur christiani per orientem dispersi; ita enim derivatum ex corrupta pronuntiatione arabica عيسى \*) pro יֵשׁוּעַ denominatum arabicum عيسى

\*) Sic non solum in Corano, sed etiam apud Abul haragium christi num, (Hist. Dynastiar. p. 165. licet ibi ex Corano citantem,) atque in *versi* ne N. T. *persica* a capite III. Matth. Nam I, 1. יֵשׁוּעַ (ex *Josua*; sic enim scribitur Josua Hist. Dyn. p. 32), 21. autem ac 25. et II, 1 יֵשׁוּעַ expressum est; quemadmodum Ar. N. T. יֵשׁוּעַ, aut ap. eund. Ab harag d. I. pag. 113. in Epistola Abgari ad *Jesum medicum* יֵשׁוּעַ. Quare illud *syrochaldaicum* יֵשׁוּעַ (judaeorum יֵשׁוּעַ) in fragmento Norberg. de rel. et lingu. Sabaeor. Commentat. nov. Goetting. T. III. p. 30. non Afchu, sed *Ischu*, pronuntiatum a prin o scriptore putaverim: neque scio, annon celeberr. Michaelis Bibliothec. orient. P. 17. p. 59 arabicum nomina יֵשׁוּעַ c. N. scribens, quae vox *medicum* significaret, si tamen ita vocatum *Jesum* alicubi invenisset, (nam typographo tribuendum conjicerem,) *Epitheton* potius legerit, quam *nomen* Abgari interea vox *medicum* denotans מְרִיטֵב scribitur. (Silere hoc loco mihi non licet, ne iniquus videar rationum criticarum aestimator, novum ab ista observatione ex *persica* versione peti posse argumentum contra capitulum 1 et 2 Matthaei veritatem: quasi a cap. III. nomen עֵישי interpretem libri ostendat diversum ab illo, qui transulit sectionem I, 18 - II, 23.

עשי (seu עשי) ex Gieuhari citatum a Gossio intelligendum esse, probabiliter conjici licet ex nomine *christianorum* apud *Perfas* (qui עשי pronuntiant Jesum) occurrente עשי. (v. Castelli Lex. pers. ubi tamen vulgo *Sin* litteram per ו expressam notum est.) --- Tot ergo *permutatorum*, et *ab una in alias* subinde *linguas* (pro ingenio populi *homonymiarum* ac *paronomasiarum* studiosioris) *conversorum nominum* exemplis \*) commonitus, jam ultro expectassem, *genti servatorum* in iis regionibus, ubi sonus *uazr* opem ac salutem

refo-  
iterumque alium genealogiae interpretem (si lectio sana est) proditura sit pronuntiatio *Josua*. Nam quod d. Chiff. auctor *de interpos. Matth. in Repertorio*, tom. 9. p. 151. codicem ab Hibernia dictum laudat, in eo deceptus est, siquidem meis oculis non solum genealogiam, sed etiam particulam *autem* (compensitiose scriptam) l. 18. vidi. conf. *the Authenticity vindicated*, edit. Lond. p. 5 sqq. Neque Eschenbachianum codicem citassem, postquam cel. *Michaelis*, hujus testimonii auctor, subdubitare coepit *Biblioth. orient.* t. 1. p. 109. donec *Norimbergenses* confirmaverint, in illo non solum genealogiam, quae casu peritiae potuit, sed etiam *particulam connectentem* abesse l. 18. cujus certe absentiam ex nullo graeco codice notavit *Wetst.* ad h. l. quanquam 2, 1. in his deest, et 3, 1. in pluribus. Interea posterioris loci cohaerentiam phrasos *In istis diebus* comprobat)

\*) Meminerint praeterea lectores nominum ו אלקריין ארמיאלי seu *radiati* Alex. M. ab Ammone originem derivantis, Abrahami, (cum epitheto *Amici* sc. Dei, e. g. *Abulphar. Hist. Dyn.* p. 161.) Israelis *αδελφίου*, Davidis *δουλιου*, (cujus vim in Epistola exprimere studui,) *Josakimi* 2 *Reg.* 22, 34. In primis *PAVLVS*, ex quo in honorem *Scrgii Pauli* (Act. 13, 9. coll. 7, 13.) nomen permutavit, videtur *infausam SAVLI, Regem divinitus consecratum DAVIDEM persecuti*, commemorationem averruncare, nec sine felice omine, si mihi *crudam adhuc conjecturam* apponere licet, *נמזא עשר*, quasi *divinitus formatum* (Jes. 45, 9. Act. 9, 15. Rom. 9, 21. Eph.



reſonaverit, *nazoraeorum* \*) ſeu *nozraeorum* agnomen-  
 praee caeteris arrifurum fuiſſe. Atque ſic omnino eve-  
 niſſe conſtat. Nam ab eodem verbo ſupra diligentius  
 enucleato, eo fere modo, ut ſcite angloſaxones bap-  
 tiſmum vocare ſolent *the chriſtning of a child*, arabibus  
 ſecunda conjugatio, (hebraeorum Piel,) quaſi *ſerva-  
 tum dare*, ſignificat, *facere chriſtianum*; iterumque a-  
 rab. conj. 2. paſſ. (quaſi Pyal,) et ꝛ conj. **הִצִּיר**, i. e.  
*Hithp.* atque *ap. Rabbinos* ipſos **הִצִּיר**, ac per *Syrias-  
 mum*, (immo *galilaeiſmum*, perſuadente Norbergio,) **הִצִּיר**  
*chriſtianum fieri*, proprie, *SALVTE BEARI*.  
 Quare, quum vulgo Judaeis nomen gentile **נוצרי** *nozri*,  
 e *ναζωραϊος*, modo *Chriſtum*, modo *chriſtianum* deno-  
 tet, iisdemque in vita communi (ad hunc diem et inter  
 noſtrates pariter) *chriſtiani* continue vocitentur **נוצרי**,  
*nozrim*, itemque arabibus (*varie inflexo vocabulo*)  
**نِزْرَانِي** (et **نِزْرَانِي** *nazranijon*, Gol.) cum plur. **نِزْرَانِي**  
 et **نِزْرَانِي**, \*\*) , *nazaraci*, **نِزْرَانِي**, \*\*) immo,  
**نِزْرَانِي**

Eph. 2, 10.) ſignificans hebraeis, abhinc ſibi afferere voluiſſe.  
 Huc etiam arcanius *populi reſto tramite ad felicitatem ducen-  
 di* nomen **שְׁלוֹמ** pertinet, nomenque *impetratam ſalutis*  
 (pacis, ventae) poſſeſſionem denotans **יְרוּשָׁלַיִם**.

\*) Quam late per orientem diſfuſa, orientalibusque, Muham-  
 medanis praefertim, in pretio fuerit illhaec denominatio, inde  
 colligi licet, quod Luſitanos Bataviae habitantes, etſi *ce-  
 phiris* (**כַּפְּרִים** a religione Muhammedis alienus) eos accen-  
 ſent, a reliquis Europaeis tanquam honorificentiore cogno-  
 mine diſtincturi, indigenae appellant *oranſerane*, h. e. viros  
*nazaraeos*, ſiquidem voce *oran* notari virum docemur.  
*Hawkeſworth Geſchichte der Reiſen um die Welt. tom. 4.*  
 p. 740.

\*\*) v. c. Abulpharag. Hiſt. Dynaſt. pag. 148. 167. 222. etc. nam  
 longe frequentiffima eſt (etiam Muhammedi) haec for-  
 ma

אֲנָזָר, \*) *anzâr*, OPEM FERENTES, (quae forma ipsum nostrum אֲנָזָרִים exprimit,) אֲנָזָרִיָּמָן, *nâzirijjuna*; (h. e. iterum hebr. אֲנָזָרִים, An. Act. 24, 5.) vix dubito, quin ex *Palaestinensibus miseria afflictis*, (EBIONAEIS, אֲבוֹנוֹי, quibus, pro opinionum diversitate, jam patrem Ebionem affinxit, jam propiorem cum Nazaraeorum ac Samaritanorum familiis affinitatem tribuit credula linguae peregrinae incitiam,) multi, *per Jesum opem consecuti*, (quorum deinde verba interdum imitatos esse crediderim et alios, quocumque demum auctore salutem sive nactos sive expectantes,) profectam primum a contumelia denominationem *nazaraeorum*, seu potius *nozraeorum*, et *nazoraeorum*, (vel *nazuracorum*), i. e. אֲנָזָרִיָּמָן, *in libertatem vindicatorum porroque servandorum*, cum bono quodam omine receperint, illamque per Orientem, maxime *in Arabiam*, lubentes propagaverint: siquidem אֲנָזָרִי (vindex meus) vexatis istis animis Servatorem sonabat; et quod אֲנָזָרִיָּמָן (*Servatores*) compellabantur, spem contemptis injiciebat ignominia, fore, ut per se, *tanquam salutis propagandae ADIVTORES*, \*\*) subinde et alii, fortasse ipsi a-

liquan-

ma; quod ad intelligendam originem vocalis *a* in nazaraei moneo.

\*\*) particip. 5 conj. ibid. p. 159.

\*) pluralis fractu; (form 13. ap. Michael.) ex particip. *nazâr*, (hebr. *nozer*); *christianos* ita vocari, ex *Camiso* notavit Golius. (Vim vocis perspici licebit ex Act. 16, 9.) De memorabili forma *anzâr* accuratius postea! [Giggeji autem אֲנָזָרִי *incircumcisus* pariter correptiorem nominis nazaraeorum pronuntiationem prodere videtur.]

\*\*) Vid. infra de vi vocis *anzâr* apud Muhammedem.

liquando ex Israelitis adhuc servandi, נצרי ישראל, aut, si spretum ab Hierosolymitanis nomen Israelis fibimet maxime asseruerint, illi ex JUDA ad Deum reducendi, salutem ab suo Protectore impetrent. Sic, veris in gloriationem conviciis, \*) pergratum atque acceptum fasset apud hos, qui vaticinium Isianum recordarentur, si ipsis vocabulum NOZERIS quotidianum fuisse ostendero, nomen נצרי (nozri ac nōz'ri) triplici minimum sensu: 1) quatenus, ut supra commonitavi, DEVS ipse, Messiam alloquens, hunc *Servatorem a se constitutum* vocaverat, יציעתי, i. e. *ex dialecto nazarethana נצרי*; 2) quatenus eo nomine irrisores, oppidi tenuitatem despicientes, et tribus SEBVLONICAE praestantiam a JESAJA quasi digito ostensam et primo loco nominatam (8, 23.) ac graphice descriptam non considerantes, abusi sunt; 3) quatenus a servatis Ille, in quo maxime conspicua esset Salus a DEO petenda, it-

- o) Quamvis impium foret atque inhumanum, toti generi tribuere si quid peccatum est a singulis, aut religioni adscribere humanitus delicta, et licet suspiciosae invidiae credulitas tumores inanes nimium augere soleat, tamen historiarum scrutatori non prorsus negligenda erit narratio Hieron. Commentar. ad Jes. 49, 7. (conf. Buxt. Lex. Thalm. sub יציעתי et יציעתי.) Afflictor istos Palaestineses (ebionaeos) ex sua indigentia (πρωχία) gloriam quaesivisse, testatur Epiphanius: affectasse sc. indigentiam, bonisque ultro valedixisse; quare mendicorum compellationem non recusasse. Locum exhibuit diligentiss. Stroth, Repertor. t. I. p. 4. g) Idem ib. p. 3. d) et p. 5. k) luculentissimis testimoniis comprobavit, commune fuisse ac vulgatissimum apud omnes nomen christianorum antiquum, quo κυριότιοι (c. Ω) appellati sint, ipsosque impositam propter Christum compellationem non remississe. (οὐκ ἠνείκευον.) conf. Hieron. ed. Platin. T. III. p. 508.

iterum iterumque נִצְרָיָה invocabatur, et ipsa quoque gens (eo jure, quo Israelis cognomen collectivum ad familiam transisse constat) in societatem nominis veniebat. Nec, quae ad exprimendam triplicem (immo quadruplicem) hanc homonymiam in uno vocabulo denominativo latentem, pertinentemque tam ad servandos ac servatos, quam ad servaturum, significantur fuisse graeca interpretatio, invenire possim, nisi verteretur *ναζωραῖος*. - - - Itaque, quasi statim in limine \*) de studio hebraico haud fastidiendo studiosos N. T. monitos DEVS voluerit, Matthaeus, quippe hebraice cogitans, quanquam (ut mihi adhuc magis probabile \*\*) videtur) graece scribens, *Palaestinensibus suis hebraizantibus* sententiam, ni fallor, expressit fere hanc: צִיְוִן וְצִיְוִן נִצְרָיָה. Vt sensus sit: Cecinisse, non prophetam, (quem admodum alias per totum illum sermonis tractum loquitur, vid. 1, 21. 2, 5. 15. 17. 4, 14. 8, 17.) sed PROPHETAS, (ubi lectionis varietatem non reperio, et pluralem quidem numerum memini jam ab Hieronymo urgeri,)

\*) Qui ex difficultate allegationum subjectiva suspicionem concipi licere imaginantur contra Matth. 1 et 2. aequo jure Cap. I. ad Hebr. Eph. 4. caet. suspecta sibi esse dixerint.

\*\*) Proditos memoria rumores *Palaestinensium*, quum horum incitiae, (sicut plebeculam nostram vernacula sua biblia pro archetypo venditaturam fuisse credidissem,) tum Papiae creditati, ac doctiorum denique patrum obtorpescenti *eruditio* ni tribuerim. Neque adhuc mihi persuasit Vir, quem multis nominibus maximi facio, *τὸ ἰσχυρὸν τοῦ ἔθνους* ap. Epiphani scripturam *primitivam hebraicam* significare. Nunquam enim memini *adjectivum* *τοῦ ἔθνους* pro *arboribus* poni; *arborem* autem aut *stirpem* *τὸ ἔθνους* dici, (v. c. ap. Theophrast.) satis notum est. Vnde intelligo *den Stammbaum*; stirpem, qualem ipsa hebraeorum evangeliorum exempla exhibuerint.

geri,) "Fore, ut denominata a SERVANDO appellatio-  
ne vocitaretur;" seu, tribus verbis, "Nozri cogno-  
minatum iri." - - Hacc autem non ita intelligi volo,  
ac si GENTILE fuisse agnomen negaverim. Verum e-  
nimvero, id quod porro observatu dignissimum est,  
ipsa civitas servandorum, educando gentis servandae  
Conditori divinitus destinata, ex ingenio populari, ad  
quod singularem numinis providentis indulgentiam  
haud raro sese accommodasse, nemo temere, filii bibli-  
ci ac sacrarum historiarum gnarus, negare sustinebit,  
nomen nacla erat apprime ominosum, et pro vario re-  
rum statu admodum varie pronuntiatum. \*) Nimirum,  
quae antea SERVATRIX illa civitas נַצְרַת \*\*) dicta fu-  
erat, seu נַצְרָה, sicut vulgo \*\*\*)) expresse Arabes activum

F 2

(par-

- \*) Jam Geographorum nostratium princeps, *Bischofingius*, pro  
sua ἀναρίστη, notavit: *Nasra*, *Nasrat*, *nosrat*, *nas-*  
*syriah*, *Nazara*, *Nazaret*. vid. *Erdbeschr.* P. V. Sect.  
L p. 436. (opus continuatione prae sexcentis aliis, quae  
prela quotidie fatigant, dignissimum.) Accedit, *Brunso* sug-  
gerente, sabaica pronuntiatio *Nezrat* ap. *Norberg*. p. 32. ubi  
tamen consonantes נַצְרַת a syriaca scriptione non recedere a-  
nimadvertitur, et propter pronuntiationem supra notatam  
*Aschu* de syllabarii adminiculo dubitarem, an eo primus scri-  
ptor usus fuerit?
- \*\*) o et th reposuit Syrus, oppidi accola, נַצְרַת; terminatio-  
nem eth retinuerunt scriptores ex vicinia oriundi in *μαρμαρι* seu  
*μαρμαρι*.
- \*\*\*)) Praeter N. T. v. c. *Abulpharag*, *Hist. Dynast.* p. 109. III. *Vita*  
*Saladini* p. 71. ibique Excerpt. ex *Abulfeda*. p. 41. *Schul-*  
*ten* in *Judice Geograph.* notam addit: *Notissimus* *AVRIBVS*  
*CHRISTIANIS* sonus. Eodem referenda pronuntiatio *Na-*  
*zara* ap. *Hieronym.* de locis hebraicis, *Opp.* T. III. p. m.  
(edit. *Plantin.*) 568.

(partic. fem.) pronuntiant, נִאֲצִירָה, *nazirath*, (f. nazirah, pro, hebr. nozerah,) eandem deinde SERVATAM civitatem, quasi נִצְרָה, (nezurah f. NAZORah,) appellatam fuisse, ostendit alterum ipsius nomen in lingua arabica (notante Castello) superstes, נִצְרִיָּה, *nezurijath*, (f. nezurijah,) collectivum, pro נִצְרִיָּים, *auxilium sive nocti sive nocturi*; \*) immo haec posterior appellationis oppidanæ forma, si analogiam nominis consideramus ab ipso scriptore nostro ex מתקפה (θεόδοτος) in terminationem αἰος deflexi, pronuntiaripotuit נִצְרִיָּה *divinitus servatus*, quæ quidem forma si graecè fuisset exprimenda, vix simplicissima versione alter lecti potuisse videtur, quam factum ab eodem in suo ipsius nomine constat, nempe ΝΑΖΩΠΑΙΟΣ. Adeoque πάλαιον hoc vocabulum, tam *active*, quam *passive*, nazaraeis hominibus vim aequasse contenderim synonymorum נִצְרָה, מוֹשִׁיעַ, גּוֹאֵל, et נִצְרִיָּים, גְּאֻרִים, פְּדִים, פְּלִטָה, שָׁאֵר, שְׂרִירִים, et quæ sunt similia. ----- Certe Hieronymus, qui *conversatus* est cum Nazaraeis, trifariam confirmare videtur propositam a me, quum vati-

- \*) Nominum ab eadem radice venientium permutatio in ipso v. c. Muhammedis exemplo apparet, qui Cor. Sur. LXI, 6. quum se promissum a Jesu πικαλιότις (ex παρακαλήτις effictum) esse jactat, seque pro מַחְמַד vocat أَحْمَد Achmed, Inclytum illum et collaudatum. In primis autem Syrochaldaei syllabas vocali ܪ (o seu u) distinctas facile confundunt, ut, Syr. אורשלים *urschalêm* pro Jeruschalaim. (Eodem modo Sabaitæ galilæi, Fragm. Norberg p. 32.) Ita vergens ad chaldaïsmos Jeremias כְּנֻזָּה et כְּנֻזָּה promiscue dixit. Ipsi hebraei יְקוּשׁ, ubi grammatica ratio posceret יֻקָּשׁ. Tanto igitur facilius a Galilæonazarenis syllabas נִצְרִים et נִצְרִים invicem permutabantur.

vaticiniū, tum evangelici dicti, explicationem; quia non solum versionem verborum נַרְרֵי יִשְׂרָאֵל (et fecer Israel convertendas) in Commentar. declarat, "ad „feces seu reliquias Israel convertendas," (reliquias autem intelligo, ex gente servatos,) sed etiam tam in urbe et active et passive animadvertit custodientem, (h. e. servantem, servatricem,) ac custoditam (h. e. servotam,) quam in nazaraeo pariter et passive VNCTVM, (Christum aut Christianum, puta,) et active, CVSTODIENTEM, id vero est, servantem s. Servatorem. Etenim Codex Vulg. MS. in seriniis Bibliothec. acad. Helmstad. asservatus, plagulis octonis, membranaceus, litteris initialibus inauratis, (sec. fortassis XIV ex conjectura Brunsi,) in calce habet Interpretationes nominum hebraeorum, quas cum Hieronymo de nominib. hebraic. comparans, ex hujus glossis de Matth. Johann. et Act. Ap. consarcinatas quidem illas esse deprehendi: sed quum nonnulla contineant, quae in impressis libris (certe in edit. Plantiniana, qua sola utor,) desiderantur, notas ad nostrum propositum pertinentes huc integras transcribere placuit: eo magis, quia omnino ex fontelympido hanc colluviem manasse apparet; sive Hieronymo cuncta, sive alii cuicumque assumenta tribuenda sint; forsitan decerpta ex Philonis Iudaei libro nominum hebraeorum, quippe quem in usus suos sese adhibuisse Stridonensis fatetur. Insunt autem in codice nostro haec: "Nazareth: flos, vel virgulum, [leg. virgultum,] seu sanctitas, aut consecratio. Nazareth: VNCTIO, vel VINDICTA, seu CVSTODIENS, aut separatio. Nazaraeus: virgultum, vel floridus; seu CVSTODIENS, aut separatus. Nazaraeus: mundus, vel sanctus; seu VNCTVS, aut consecratus. Vtrumque hoc nomen נֹרָא scribitur apud hebraeos per z litteram [h. e. non per

per illud mollius, 7,] sed per hebeacum *Sade*, [h. e. „arabum *Sad*, fonans *Ss*,] quod nec f nec z litteram „sonat. *Nazaraei vel Nazareni*: vel virgulta, vel floridi; seu CVSTODIENTES, aut per separati. *Nazaraei vel Nazareni*: mundi, vel VNCTI; seu *sancti*, aut consecrati.“ His addo ex Plantin. edir. T. III. p. 530-532. Nazareth: *munditiae*, aut separata, aut CVSTODITA: (de Johanne:) Nazareth: flos *munditiae*. (de A& Ap.) Nazaracum: *mundum*, abjunctum. Ita quin ex pluribus codd. interpolata sint, dubitari quidem nequit. Praeterea manifestum est, binas voces pro suis diversas, *nasraeos* נַזְרִיִּים (Vulg. e. g. Nam. VI. nazaraei, sanctificari, se consecrare, separatio, consecratio, vertit,) et *nazarenos* aut *nazoraeos* pessime a *Latinis* in vocabulo utrisque communi NAZARAEORVM permissas esse. (An inde *Latinis* ex Jacobo min. Nazoraeco effidus fuerit Nasraeus, tantoque facilius fabulae fides facta sit, quum ex Luc. I, 17. exempli similitudinem petiissent? quaeri fortasse poterat. v. Hieron. Catal. Scriptor. eccl. c. 2.) Etiam mundus, aut, si mundities nominativo exprimeretur, hoc quoque, ex LXX (v. g. Num. 6. ἀγνεία, ἀγνισμός, ἀφ᾽ ἀγνίσθησθαι) derivari possit. At *munditiae* (primo loco nude positum, secundo quasi cum flore jungendum) parum intelligitur; ex misptis vero *mundicie* VINDICIAE cito transibit in *munditiae*. Ita tamen legendum persuadet non solum synonymon in nostro codice expressum *vindicta*, (an et mundum ex *mundicem*, accusativo probabiliter ex A& 2, 22. desumpto?) sed magis etiam vis verbi נָצַר. Sic e. g. Cor. Sur. XXI, 68. תְּנַצְרֵנִי tuemini deos vestros, i. e. injuriam iis illatam *ulciscimini*. (in primis conj. 8. *servare* se a periculo, *vindictam* sumere. Vnde nomina נָצַר *naszi*, auxilium, victoria, it. *adjutor*; נֹצְרָה *nozrath*, de-



defensio, victoria. Quis non, hebraice scribens נִצְרָה, et a *Büschingio* indicatum *nosrat* aut syriacam נִצְרָה cum supra exposito nomine נִצְרָה comparans, *oppidum* in hac forma agnoscit?) *Vindicta* autem hebraeis acque ac reliquis orientalibus vulgo *liberationem*, *auxilium*, *tutelam* qualemcunque significat. Sed aliud praeterea in isthoc glossemate vestigium manifestum praesidii ex *arabismo* petiti deprehendisse mihi videor in vocibus *floridus*, (ar. نَائِض c. ۷ blafo, floridus, virens,) *virgultum*, (quasi regio arbutis virens, نَائِض floridus fuit, viruit, e. g. arbor,) *flor*, i. e. florens ac vigans [civitatis] status. (נִצְרָה quasi נִצְרָה, nitor, splendor, laeta fortuna.) Licet igitur hoc etymon magis cum hebraea voce נִצְרָה *surculus* (sive a *virendo*, sive a *servato* trunci vigore, dictus sit) convenire appareat, glossa tamen ex foliis hebraismi circumscripta notitia explicari profus nequit, sed *auctorem* ostendit *arabicae dialecti band imperitum*. Simul hoc fragmentum nazoraeorum, ad hanc etiam interdum significationem alludere solitorum, primum in paronomastias ingenium prodit; quanquam reapse non a *virendo*, sed a *servando* civitatem ac gentem dictas esse, satis jam comprobavi porroque demonstrabo. Quis autem ille demum auctor fuerit? digna profecto indagatione quaestio est. Certe Hieronymum repertorem neutiquam agnosco; quippe qui, parum sibi constans, ad *Matthaeum*, aut sanctum ex *nasiraeo* vocari, aut *nazaraeum* (quidni *florem*, *vigentem surculum* verisset, si praeter contractam hebraismi scientiam sapuerit?) de radice Jesse significari putet. Ergo vix abstinuerim a conjectura, cujus dijudicandi arbitrium penes eum esto, qui probe expenderit verba presbyteri nostri, quandoquidem in praefatione glossarii expresse: "PHILO, inquit, vir disertissimus Judaeorum, *Origenis* quoque testi-

mo-

monio comprobatur edidisse librum hebraicorum nominum, eorumque *etymologias* juxta ordinem litterarum e latere copulasse. Qui quum vulgo *babeatur a graecis, et bibliothecas orbis impleverit*, studii mihi fuit, in latinam eum linguam vertere. Verum tam dissimilia inter se exemplaria reperi, et sic confusum ordinem, e. q. l. r. (*vetus aedificium nova cura instaurans*, fecisse me reor, quod a graecis quoque appertendum sit.) Jam vero si Philoni acceptas referri oportebit *etymologias*, quanquam separatos, abjunctos, consecratos quoque, forte et *sanctos*, (ni hos ex *unctis* nasci poniisse dicas,) lubens Latino, nazaraeos cum nafireatu obstrictis confundenti, attribuo; tamen terna haec vocabula VNCTIO, VNCTVS, VNCTI, \*) quoniam ex graeco (*ἁγία, 1 Joh. 2. Vulg. unctio, ὁ ἁγίος, ἁγιότητα*) in latinum translata sunt, familiam ab *ungendo* denominatam, Graecis et Antiochensibus τοὺς ἁγίους, \*\*) et in Arabia Aegyptiis *consim* τοὺς ἁγίους, in *ssanos*, (ut supra demonstravi,) tam manifesto exprimere videntur, ut Philonem credam *Judaeum* orto circa A. C. 41 ac satis celeriter per Graeciam divulgato nomine VNCTORVM atque antiquiore inter graecos *sanctorum* appellatione interpretari voluisse BRAECIS vim vocabuli eandem gentem *vulgo signi-*

\*) In *nafracos* quidem *unctio* non quadrabit. Nihil enim tale ex Num. VI. colligitur. Licet igitur *unctis* significentur sancti aut consecrati, tamen non quis sanctus vel consecratus vocari potuit *unctus*. Quis etiam vocem perspicuam (*sanctus*) obscuro vocabulo (*unctus*) interpretaretur?

\*\*) adfecta fortasse interpretatione, quasi *ἁγιότητα*, nam sic quoque Lucas Act. 20, 32. vocat, quos tanquam proprio nomine *τοὺς ἁγίους* vocitare solet, unde pariter *consecratorum* apud Hieronymum *penitentem* derivari liceret.

*Significantis* APUD HEBRAEOS. Itaque, quum sub Claudio Philonem adhuc vixisse constet, si quando ab eruditis haec nostra conjectura firmaretur, non solum summam *antiquitatem*, (de hac enim vix est, qui dubitet,) sed *antiquitas* etiam *animadversam nominis SIGNIFICANTIAM* solidissimis rationibus inde comprobari, crediderim; idque tanto magis, si expressum ab Hieronymo per *custodire* verbum Philonis fuisset *Φυλάττειον*, cujus vim apud *Alexandrinos* et convenientiam cum hebraico נַזַר cerni licet ex Lex. Biel. sub voce et in *Φύλαξι*. - - Verum suppetunt longe graviora, quibus puto sententiam hactenus declaratam egregie corroborari, immo tandem obrudi. Huc referrem primo loco *nomina hominum et locorum propria a servando dicta atque a nostro verbo נַזַר derivata* apud Arabes; et *in varias* quidem *formas inflexa*; tamque iis usitata, quam sunt graecis *SOTERV M* \*), *Nicatorum*, *Nicephorum*, appellationes, aut latinis *Victorum*, *Victoriorum*, *Victorinorum* cognomina. Sic, v. gr. *NAZER* נַזַר \*\*, (h. e. נַזַר *nozër* hebr. i. q. ΣΟΤΗΡ, ΙΗΣΟΥΣ, *Josua*,) vid. *Abulpharagii Historia Dynastiarum*, pag. 378. 460. 528. add. *Po-cock. Supplem.* p. 2. 24 sq. idemque nomen, *corruptius* pronuntiatum נַזַר *NAZR*, (tam *auxilium*, quam *auctorem salutis*, denotans; prorsus ut *ישוע* et *σωτήριον*,) Hif.

G

- \*) Nomen hoc graece ab Arabibus pronuntiatum נַזַר occurrit, *Hist. Dyn.* p. 103 (Demetrius *Soter*.)  
 \*\*) Eodem nomine, *plenus scripto*, נַזַר, *ipso DEVS*, quem Moses *Ex. 17, 15. asyllum meum* (נַזַר signum meum) *innucupat*, *Servator meus* vocatur in *fragm. Pentateuchi arabico famar.* teste *Castello*. (Et in hac, et in subsequente nota attendant, velim, lectores solertiores, auctorem fragmenti *Samaritam*, sedem *Ebionaeorum*, proderet.)

*Hist. Dyn.* p. 460. *Suppl.* p. 24. Virumque quidem *active*: at pariter *passive* occurrit מַנְצֵר MANZVR, (partic. pass. I. conj. *servatum*, *invidium*, appellative; immo, in nomine proprio, sensum hebraici *permutatis synonymis* exprimente, DIVINITVS ADJVTVM \*), significans,) *Hist. Dyn.* p. 221. 244. 370. 463. *Suppl.* p. 24. nec נֶחַם (partic. conj. x.) מִשְׁתַּנֵּז MOSTANZER, quasi, *opem* (Dei) *efflagitans*. H. D. p. 366. 463. Praeterea etiam pluribus oppidis commune nomen (partic. pass. I. conj.) מַנְצֵרָה (*servatam ac protectam* \*\*) denotans) ex *Camuso* depromsit Golius. --- Tum vero illa *maxime emphatica forma arabica* مَنَازَر ANZAR, quam grammatice voci نَزَرים consimilem esse pariterque CHRISTIANOS notare supra fuit monitum, plenissimam asserre videtur lucem synonymo suo ΝΑΖΩΠΑΙΟΙ. Curiosioris investigationis occasionem peropportune praebuit familiarissimus mihi BRVNSIVS, excerpto *anecdoto syriaco Chronico Abulpharag.* MS. \*\*\*) (*Annal. litterar.* h. a. Sept. p. 224.) comprobans, *Medinenses*, postquam *reduci a Palaestinis et DEI* *notitiam* ab

\*) Namque fragm. Pentat. *Ar. Sam.* (cit. Castell) hoc ipso nomine *conversa ex hebraeo in arabicum* exprimit *lina nomina* cognata; מְלִיעֵזֶר, filii Moysi, Ex. 18, 4. et, מְלִיעֵזֶר, filii Aaronis, ib. 6, 23. quanquam *Ar. Polygl.* loco postremo מְלִיעֵזֶר, priori autem (ut Abulph. H. D. p. 102.) מְלִיעֵזֶר retinuit. Eodem igitur jure EBIONAEVS *arabizans* ille Jesh. 49. מְלִיעֵזֶר mutasset in נְצִיר!

\*\*) Zach. 2, 9. Apoc. 21, 22-25. coll. Ez. 37, 27.

\*\*\*) Utinam operis utilissimi ac desideratissimi, famamque eximiam huic nostrae academiae concitaturi apud externos, propediem edendi, quum vix redemptorem inventurus sit, publicis sanctibus copia tandem daretur.

ab his edocto Mubammedi OPEM FERRE \*) coeperint contra Meccanorum hostilitatem, tanquam proprio nomine appellatos abhinc esse anzâr, suumque auctorem, ad indicandam syris lectoribus SIGNIFICANTIAM COGNOMINIS, iterum verbo syriaco interpretari *Adjutores*. Verba syriaca, ex thesauro Ipsius mispto amice nobiscum communicata, apponemus: **אֲנָזָרִים אֲתִקְרִיב אֲנִיכִת מְעַדְיָנִה** (atque hinc vocati sunt *Anzar*, h. e. *Opitulatores*.) Iam vero, ut in istis *Palaestinensibus*, cisi *Judaeos* eos fuisse liberos credo Abulpharagii aliorumque testimoniis luculentis, CHRISTIANOS *nazaracos* agnoscam, lucemque adéo illam omnem, quidquid ejus propagatum per orientem et in locum Iliacorum, Adoniorum, Aphrodisiorum, \*\*) eum maximo generis humani beneficio substitutum fuit ope ISLAMISMI seu *salaminicae* (i. e. *salutiferae*) religionis; ut eam lucem, inquam, omnem GENTI NAZORAEORVM acceptam referri justum putem, praeter memorabilem illam ab infesto alias auctore profectam commendationem *nazaracorum*, cum Judaeis comparatorum, \*\*\*) ipsae ACHMEDIS imitatoris narrationes me

G 2

com-

- \*) אֲנָזָרִים *et opem ei tulerunt*; item Abulpharag. in scripto arab. Pocock. Specimen Hist. Arab. p. 8. et Hist. Dynast. p. 162.
- \*\*) Vestigia et quasi rudera vitii humanae naturae ante nazaracorum longe lateque diffusi, in admonitionem seculi ingrati, super sunt apud Calbitas, familiam sabaitis *Nazaracis* accoleantem. Leg. *Epist. Norberg.* in *Michaelis* Bibl. orient. P. 15. P. 152.
- \*\*\*) Cor. Sur. V, 85. ed. *Hinkel.* (*Sale's Koran.* vol. I. p. 147. Locum etiam doctiss. *Baerus* transcripsit in libellum utilissimum, quo, quid de Christo senserit Muhammedes, verbis Corani docet.)

commovent: utpote ex quibus certo apparebit, mercatorem hunc egregium *nomen cbristianum palaestinense* NOZRIM verbo tenus, *grammatice* tantum inflexo vocabulo, cum reliquis spoliis opimis (quibus, mirum quantum, inhiabat, *leg. anecdoton*, l. c.) in patriam *transportasse*; eumque, qui *περιελυτός* pro *παράλυτος*, *Achmed* pro *Muchammed*, compellari gesserit, ac *servatorum* religionem *salutigeram* \*) *opiferamque* \*\*) (inverso duntaxat nomine) pronuntiasset *salvificam*, gentis *nazoraeorum* vocabulo *anzâr* vel NOZRIM intellexisse: FIDEI PROTECTORES ET DEFENSORES, SALVIFICAE RELIGIONIS PROPAGATORES, IN TVENDA AC PROMOVENDA CAVSSA DEI STRENVOS ADJVTORES. Quam quidem sententiam quo facilius lectorum judiciis approbem, priusquam *dicta Corani emphatica* in medium protulerò, usum communem formae *anzâr* suppeditabo \*\*\*) ex Interprete V. T. Arab. (Polyg'ott.) Is autem 1 Reg. 1, 52. sic voces *בן חיל* (strenuum) expressit: "Si fuerit *בן חיל* *להצטרף אלי*" ex iis, qui strenue me adjuvant, „(meam CAVSSAM \*) promovent,) mihique fidem praestant."

